

OFFICIA PROPRIA

ARCHIDIŒCESIS FRIBURGENSIS

PARS AUTUMNALIS

FESTA SEPTEMBRIS

Die 17 Septembbris

In Archidiœcesi:

S. Lamberti Episcopi et
Martyris Duplex

℣. Glória et honóre coronásti
eum, Dómine. ℑ. Et consti-
tuísti eum super ópera mánuum
tuárum.

Ad Magnif. Ant. Iste Sanctus *
pro lege Dei sui certávit usque ad
mortem, et a verbis impiórum non
tímuit: fundátus enim erat supra
firmam petram.

Oratio

D EUS, qui nos beáti Lambérti
Mártyris tui atque Pontíficis
ánnua solemnitáte lætíficas: con-
cédere propítius; ut cujus natalítia
cólimus, de ejúsdem étiam protec-
tione gaudéamus. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio præcedentis:

Ant. Gaudent in cælis ánime
Sanctórum, qui Christi vestígia
sunt secúti: et quia pro ejus amóre
sanguinem suum fudérunt, ídeo
cum Christo exsúltant sine fine.

℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Oratio

B EATÓRUM Mártyrum par-
titerque Pontíficum Cornélii
et Cypriáni nos, quæsumus,
Dómine, festa tueántur: et eórum
comméndet orálio veneránda.
Per Dóminum.

Deinde Com. Imperssionis sacrorum
Stigmatum S. Francisci Conf.:

Ant. Similábo eum viro sapiénti,
qui ædificávit domum suam supra
petram.

℣. Signasti, Domine, servum
tuum Franciscum. ℑ. Signis re-

demptionis nostræ.

Oratio

DÓMINE Jesu Christe, qui, frigescénte mundo, ad inflammándum corda nostra tui amóris igne, in carne beatíssimi Francíscyi passiónis tuæ sacra Stigmata renovásti: concéde propítius; ut ejus méritis et précibus crucem iúgiter ferámus, et dignos fructus pæniténtiæ faciámus: Qui vivis.

In I Nocturno, si dicendæ non sint de Scriptura occurenti, Lectiones A Miléto, de Communi unius Mart. 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

AMBÉRTUS, Trajectén sis ecclésiæ epíscopus, Apricómitis et Herisplíndis piórum paréntum filius, præceptóre imprimis usus est sancto Landoáldo archipresbýtero. Deínde beátum Theodárdum episcopum máximis virtútibus præstántem sequens, eídem anno Christi sexcentésimo quenquagésimo nono in epis-

copátu succéssit. Clodováeo Francórum regi ob suas exímias virtútes usque ádeo accéptus fuit, ut et ipsum præcipuo honóre ac veneratióne prosequerétur, ipsúmque et patrem et apostólicum virum appelláre et nomináre consuéverit. Childerico item regi non minus gratus fuit, quippe qui ejus pectus Spíritus Sancti templum et linguam veritatis instruméntum diceret.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatēm ætérnām. **V.** Descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit eum. Et.

Lectio v

VERUM Childerico rege occiso Ebroínus tyránnus, qui major domus sub Theodoríco sápius Gálliam perturbáverat, sanctum antistitem véluti justitiæ publicæque libertatis defensórem episcopátu expulit; qui StabuléNSE monastérium petens ibi tándiu fuit, quoad Ebroíno crudéliter interfécto a Pipíno de

Herstéllu, Pipíni Brabántiæ ducis ex Begga filia nepóte, summa totius pôpuli gratulatione ab exsilio revocátur.

R. Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei Dómine, * Et voluntate labiorum ejus non fraudásti eum. **V.** Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédi-nis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósso. **Et.**

Lectio vi

QUI cum boni pastóriss officium exséquitur, et príncipem ob adultérium cum Alpáide zelo religiónis arguís-set, noctu ante altáre sanctórum Cosmæ et Damiáni Mártyrum oratióni vacans, Dodónis adulteræ fratrís ópera, innocens a nocéntibus, una cum Petro et Andoléto consanguíneis interfícitur anno post Christum natum sex-centésimo nanagésimo octávo, episcopátus quadragésimo. Ejus reliquiæ primum Trajéctum ad ecclésiam sancti Petri, deínde Leódium delátæ et collocátæ sunt in templo ejus memoriæ dicáto, ubi multis claruérē miráculis.

Mártyris demum caput anno salútis humánæ milésimo centésimo nonagésimo Rudólphus dux Zaringénsis, Leodiénsis Episcopus, Fribúrgum Brisgóviæ hon-orifice tránstulit.

R. Stola jucunditatis índuit eum Dóminus: * Et corónam pulchritúdinis pósuit super caput ejus. **V.** Cibávit illum Dóminus pane vitæ et intelléctus: et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum. **Et. Glória Patri. Et.**

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem

Lectio vii Cap. 10, 11-16

IN illo témporte: Dixit Jesus Phariséis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor ánimam suam dat pro óvibus suis. Et réliqua.

Homilia sancti Joánnis
Chrysóstomi

Homilia 59 in Joann.



AGNUM quiddam, dilec-tíssimi, magnum, in-quam, est ecclésiae

prælátio, et quæ multa índiget sapiéntia et fortitúdine, qualem Christus propósuit: ut ánimam pro óvibus ponámus et numquam illas deserámus: ut lupo generóse resistámus. Hæc enim inter pastórem et mercenárium est dif-feréntia. Alter pròpriæ contémptis óvibus: alter sua contémpta óvium semper salúti invígilat. Pastórìs ergo exémplo demon-stráto, deceptóres duos méminit, furem mactántem et rapiéntem oves, et mercenárium permitténtem neque defendéntem commís-sas.

R. Coróna áurea super caput ejus, * Expréssa signo sanctitatis, glória honóris, et opus fortitúdi-nis. **V.** Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis, posuísti in cápite ejus corónam de-lápide pretioso. Expréssa.

Lectio viii

QUOD superiòri témpore Ezéchiel his verbis isectátus est: Væ pastríbus Israël: nonne pascébant semetípsos? nonne greges pascúntur a pastóribus? Sed illi contrárium faciébant,

quod máximæ malítiae genus est et plurimórum causa malórum. Idcírco inquit: Neque quod ab-jéctum erat, reducébant, neque quod perierat, querébant, neque confráctum alligábant, neque infirmum consolidábant: quóniam se, non gregem, pascébant. Idem et Paulus áliis verbis signíficat: Omnes, quæ sua sunt querunt, non quæ Jesu Christi.

R. Hic est vere Martyr, qui pro Christi nómine sanguinem suum fudit: * Qui minas júdicum non tímut, nec terrénæ dignitatis glóriam quæsívit, sed ad cælestia regna pervénit. **V.** . Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Qui.** Glória Patri. **Qui.**

In Feriis Quatuor Temporum IX Lec-tio de Homilia Feriæ et fit ejus Com. in Laudibus; alias

Pro Impressione sacrorum Stigmatum S. Francisci:

Lectio ix

FRANCÍSCUS singulári privilé-gio retroáctis sáculis non con-céssó insignitus appáruit, cum sacris Stigmátibus decorátus de-

scéndit de monte, secum ferens Crucifíxi effígiem, non in tábulis lapídeis vel lígneis manu figurátam artíficis, sed in cárneis membris descríptam dígito Dei vivi. Quóniam sacraméntum Regis Seráphicus vir abscóndere bonum esse óptime norat, secréti regális cóncius, signácula illa sacra pro viribus occultábat. Verum, quia Dei est ad glóriam suam magna reveláre quæ facit, Dóminus ipse, qui signácula illa secréte imprésserat, mirácula quædam apérte per ipsa monstrávit, ut illórum occulta et mira vis Stígmatum manifésta patéret claritaté signórum. Porro rem admirábilem, ac tantópere testátam, atque in pontificiis diplomátibus, præcípius láudibus et favóribus exaltátam, Benedíctus Papa undécimus anniversária solemnitáte celebrári voluit; quam póst ea Paulus quintus Póntifex máximus, ut corda fidélium in Christi crucifixi accenderéntur amórem, ad univérsam Ecclésiam propagávit.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Justus ut palma florébit.

R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Bened. **Ant.** Qui odit ániam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

Oratio

Deus, qui nos beáti Lambérti Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cujus natalitia cólimus, de ejúsdem étiam protectione gaudéamus. Per Dóminum.

Et fit Com. Impressionis sacrorum Stigmatum S. Francisci:

Ant. Euge serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te contítuam, dicit Dóminus.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui, frigescénte mundo, ad inflammándum corda nostra tui amóris igne, in carne beatíssimi Francísci passiónis tuæ sacra Stígmata renovásti: concéde

propítius; ut ejus méritis et pré-cibus crucem iúgiter ferámus, et dignos fructus pænitentiæ faciámus: Qui vivis.

Vesperæ a Capitulo de sequenti,
Com. præcedentis:

Ant. Qui vult venire post me, ábneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.

℣. Justus ut palma **et Oratio**

Deus, qui, **ut supra**.

Deinde Com. Impressionis sacrorum Stigmatum S. Francisci:

Ant. Hic vir despíciens mundum et terréna triúmphans, divítias cælo cóndidit ore manu.

℣. Signásti, Dómine, servum tuum Francíscum. **℟.** Signis redemptiónis nostræ.

Oratio Dómine Jesu, **ut supra**.

EADEM DIE 17 SEPTEMBRIS

IN URBE FRIBURGENSI:

Ss. Lamberti Episcopi et Alexandri Martyrum, Patronum
urbis principalium

DUPLEX I CLASSIS CUM OCTAVA COMMUNI

Omnia de Communi plurim. Mm.,
præter sequentia:

℣. Lætámini in Dómino et ex-sultáte, justi. **℟.** Et gloriámini, omnes recti corde.

Ad Magnif. Ant. Istórum est enim * regnum cælórum, qui con-tempserunt vitam mundi, et per-venérunt ad præmia regni, et la-vérunt stolas suas in sanguine Agni.

Oratio

DA nobis, quæsumus Dómine, beatórum Mártirum tuórum Lambérti et Alexándri solemnitatibus gloriári: ut eórum semper et patrocíniiis sublevémur, et fidem congrua devotióne sectémur. Per Dóminum.

In I Nocturno Lectiones Fratres:
Debitóres, de eodem Communi.

In II Nocturno

Lectio iv

LAMBÉRTUS, Trajectén-sis ecclésiae epíscopus, Apricómitis et Herisplíndis piórum paréntum filius, præceptóre im-prímis usus est sancto Landoáldo archipresbýtero. Deinde beatum Theodárdum epíscopum máximis virtútibus præstántem sequens, eídem anno Christi sexcentésimo quenquagésimo nono in epis-copátu succéssit. Clodováeo Francórum regi ob suas exímias virtútes usque ádeo accéptus fuit, ut et ipsum præcipuo honóre ac veneratióne prosequerétur, ipsúmque et patrem et apostólicum virum appelláre et nomináre consuéverit. Childeríco item regi non minus gratus fuit, quippe qui ejus pectus Spíritus Sancti templum et linguam veritatis instruméntum díceret. Verum Childeríco rege occiso Ebroínus tyránnus, qui major domus sub Theodoríco sáepius Gálliam perturbáverat, sanctum antistítitem véluti justitiæ publicáeque libertatis defen-

sórem episcopátu expulit; qui Stabulénsse monastérium petens ibi támdiū fuit, quoad Ebroíno crudéliter interfécto a Pipíno de Herstéllu, Pipíni Brabántiæ ducis ex Begga filia nepóte, summa totiús pópuli gratulatióne ab exsílio revocátur.

R. Sancti tui, Dómine, mirá-bile consecúti sunt iter, serviéntes præcéptis tuis, ut inveniréntur illáesi in aquis válidis: * Terra apáruit árida: et in Mari Rubro via sine impediménto. **V.** Quóniam percússit petram, et fluxérunt aquæ, et torréntes inundavérunt. **Terra.**

Lectio v

Qui cum boni pastóriss offícium exséquitur, et príncipem ob adultérium cum Alpáide zelo religiónis arguíset, noctu ante altáre sanctórum Cosmæ et Damiáni Mártymrum oratióni vacans, Dodónis adúlteræ fratris ópera, innocens a nocéntibus, una cum Petro et Andoléto consanguíneis interficitur anno post Christum natum sexcentésimo nanagésimo octávo, episcopá-tus quadragésimo. Ejus reliquiæ

primum Trajéctum ad ecclésiam sancti Petri, deinde Leódium delátæ et collocátæ sunt in templo ejus memoriæ dicáto, ubi multis claruére miráculis. Mártiris demum caput anno salútis humánæ milésimo centésimo nonagésimo Rudólphus dux Zaringénsis, Leodiénsis Epíscopus, Fribúrgum Brisgóviæ honorífice tránstulit.

R. Vérbera carníficum non timuérunt sancti Dei, moriéntes pro Christi nómine: * Ut heredes fierent in domo Dómini. **V.** Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplícia. **Ut.**

Lectio vi

ALEXÁNDER Romæ gloriósa martýrii palma coronátus est, ejúsque corpus in subterráneis illiús urbis coemetériis ex more deponitum, ínibi per plura sáecula quiévit. Occurrénte vero jubilári anno millésimo sexcentésimo quinquagésimo, de mandáto Innocéntii Papæ décimi, sacræ athlétæ Christi reliquiæ e crypta sunt etrácuae et per Martínum Cardinálem ejúsdem Summi Pon-

tíficis Vicárium Generálem dono tráditæ Friburgénsis cœnobii præpósito, qui tunc generáli Ordinis sui capítulo Romæ intervénerat, cum facultáte illas ex Urbe transferéndi, et in qua-vis ecclésia vel sacéllu pùblicæ fidélium veneratióni exponéndi. Pia cum sárcina domum redux vir religiósus sacras sancti Alexándri reliquias rite recógnitas magistrátui et cívibus pátriæ urbis dono dedit. Qui sacrum corpus, véstibus auro intéxtis, margarítis gemmísque insértis indútum et lóculo pretiósio inclúsum, solémni supplicatióne in ecclésiam májorem beátæ Maríæ Vírgini in cælos assúmptæ sacram asportárunt, ibique in sacéllu sanctæ Annæ dicáto collocavérunt, atque ipsum sanctum Alexandrū Mártyrem cum beatíssima Virgine et sancto Lambérto Epíscopo et Mártyre inter præcipuos civitatis Friburgénsis Patrónos adscriptosérunt. Cujus translatiōnis die décima séptima Septémbbris anni millésimi sexcentésimi quinquagésimi primi peráctæ memória deinceps ad nostra usque témpora quotánnis solémniter celebrátur.

R. Tamquam aurum in fornáce probávit eléctos Dóminus, et quasi holocáusti hóstiam accépit illos: et in témpore erit respéctus illórum: * Quóniam donum et pax est eléctis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intélligent veritátem: et fidéles in dilectione acquiéscen t illi. **Quóniam.** Glória Patri. **Quóniam.**

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum
Lucam

Lectio vii **Cap. 21, 9-19**

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Cum audiéritis prælia, et seditiones, nólite terréti: opórtet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Et réliqua.

De Homilia sancti Gregórii Papæ

Homilia 35 in Evangelia



MNIA, quæ ad usum vitæ accépimus, ad usum convértimus culpæ: sed cuncta, quæ ad usum pravítatis infléximus, ad usum nobis vertúntur ultiónis. Tranquilitátem quippe humánæ pacis ad

usum véritimus vanæ securitátis: peregrinatiónem terræ pro habitatióne diléximus pátriæ: salútem cóporum redégimus in usum vi-tiórum: ipsa seréna blandiménta áeris ad amórem nobis servíre coéginus terrénæ delectatiónis. Jure ígitur restat, ut simul nos ómnia fériant, quæ simul ómnia vítiis nostris male subácta serviébant: ut quot prius in mundo incólumes habúimus gáudia, tot de ipso póstmodum cogámur sentíre tor-ménta.

R. Propter testaméntum Dómini, et leges patérras, Sancti Dei perstítérunt in amóre fraternitatis: * Quia unus fuit semper spíritus in eis, et una fides. **V.** Ecce quam bonum et quam jucún-dum habitáre fratres in unum. **Quia.**

Lectio viii

QUIA autem cuncta hæc non de injustitia ferréntis sunt, sed de mérito mundi patiéntis, facta pravórum hóminum præmittún-tur, cum dícitur: Sed ante hæc ómnia incípiunt vobis manus suas injícere. Ac si apérte dicat:

Prius corda hóminum, et post eleménta turbántur: ut cum rerum ordo confúnditur, ex qua jam retributióne véniat, demonstréur. Nam quamvis finis mundi ex ipso suo órdine péndeat, perversóres tamen quosque invéniens, quia digne ruínis illíus opprimántur, onnotéscit.

R. Sancti mei, qui in carne pósiti, certámen habuístis: * Mercédem labóris ego reddam vobis.

V. Veníte, benedícti Patris mei, percípite regnum. **Mercédem.** Gloria Patri. **Mercédem.**

In Feriis Quatuor Temporum IX Lectio de Homilia Feriæ, et fit ejus Com. in Laudibus; alias

Lectio ix

SED audítis tot terróribus, turbári póterant infirmórum corda; atque ídeo consolátio adjúngitur, cum prótinus subinféruntur: Pónite ergo in córdibus vestris, non præmeditári quemádmodum respondeáatis. Ac si apérte membris suis infirmántibus dicat: Nolite terréri, nolite pertiméscere: vos ad certámen accéditis, sed ego prælior: vos verba

éditis, sed ego sum qui loquor.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Exsultábunt Sancti in glória.

R. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Bened. **Ant.** Vestri capílli cápití * omnes numeráti sunt : nolite timére : multis passéribus melióres estis vos.

Oratio

Da nobis, quássumus Dómine, beatórum Mártýrum tuórum Lambérti et Alexándri solemnitáibus gloriári: ut eórum semper et patrocíníis sublevémur, et fidem cóngrua devotióne sectémur. Per Dóminum.

Et fit Com. Impressionis sacrorum Stigmatum S. Francisci:

Ant. Euge serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te contíuam, dicit Dóminus.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui, frigescénte mundo, ad in-

flammándum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Francisci passiónis tuæ sacra Stigmata renovásti: concéde propítius; ut ejus méritis et précibus crucem iúgiter ferámus, et dignos fructus pænitentiae faciámus: Qui vivis.

IN II VESPERIS

℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnif. **Ant.** Gaudent in cælis * ánimæ Sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti: et quia pro ejus amóre sanguinem suum fudérunt, ídeo cum Christo exsúltant sine fine.

Oratio Da nobis, **ut supra.**

Et fit Com. sequentis:

Ant. Mórtuus sum, et vita mea est abscónrita cum Christo in Deo.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **℟.** Stolam gloriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui ad unigénitum Fílium tuum exaltátum a terra ómnia tráhere disposuísti: pérfice propítius; ut méritis et exemplo seraphici Confessóris

tui Joséphi supra terrénas omnes cupiditátes eleváti, ad eum perveníre mereámur: (**Qui tecum vivit et regnat.**)

Deinde Com. Impressionis sacrorum Stigmatum S. Francisci:

Ant. Hic vir despíciens mundum et terréna triúmphans, divítias cælo cóndidit ore manu.

℣. Signásti, Dómine, servum tuum Franciscum. **℟.** Signis redemptiónis nostræ.

Oratio Dómine Jesu, **ut supra.**

In urbe Friburgensi:

Pro Commemoratione
Octavæ

IN I VESPERIS

Ant. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

℣. Lætámini in Dómino, et exultáte justi. **℟.** Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio

Da nobis, quæsumus Dómine,
beatórum Mártyrum tuórum
Lambérti et Alexándri solem-
nitáribus gloriári: ut eórum sem-
per et patrocíniis sublevémur, et
fidem cóngrua devotíone secté-
mur. Per Dóminum.

AD LAUDES

Ant. Vestri capilli cápitis omnes
numeráti sunt : nolíte timére :
multis passéribus melióres estis
vos.

℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

IN II VESPERIS

Ant. Gaudent in cælis ánimæ
Sanctórum, qui Christi vestígia
sunt secúti: et quia pro ejus amóre
ságuinem suum fudérunt, ídeo
cum Christo exsúltant sine fine.

℣. Exsultábunt Sancti.

22 Septembris

S. Landelini **Martyris**
Duplex

Ant. Iste Sanctus pro lege Dei
sui certávit usque ad mortem, et
a verbis impiórum non tímuit:

fundátus enim erat supra firmam
petram.

℣. Glória et honóre coronásti
eum, Dómine. **℟.** Et consti-
tuísti eum super ópera mánuum
tuárum.

Oratio

Deus, pro cujus nómine beá-
tus Landelínus martyr oc-
cubuit: præsta quæsumus; ut
ipsius exémplo áimas nostras
in patiéntia possidéntes, coronári
cum ipso mereámur in cælis. (Per
Dóminum.)

Et fit Com. S. Thomæ de Villanova
Ep. et **Conf.**:

Ant. Dispérsit dedit paupéribus:
justítia ejus manet in sǽculum
sǽculi.

℣. Amávit eum Dóminus, et
ornávit eum. **℟.** Stolam glóriæ in-
duit eum.

Oratio

Deus, qui beatum Thomam
Pontíficem insígnis in
páuperes misericórdiæ virtúte
decorásti: quæsumus; ut, ejus
intercessióne, in omnes, qui
te deprecántur, divítias miser-
icórdiæ tuæ benígnus effúndas.
Per Dóminum.

In I Nocturno, si dicendæ non sint de Scriptura occurrenti, **Lectiones** Fratres: Debitóres, **de Communi plurimorum Martyrum cum Responsoriis de Communi unius Martyris.**

In II Nocturno

Lectio iv

PANDELÍNUS, claris in Hibernia paréntibus natus, vita sanctióris desidério mítio sáculi séptimi e pátria sponte discéssit, ut manéret in solitúdine. Peragrátis provinciis multis, in Ortenávia, inculta tum et ívia ac latrocíniis multis dumtáxat famósa, súbsttit, ubi prope rívulum, cui Undízio nomen est, tugúrium sibi constrúxit, in quo oratióni ac rerum divinárum contemplatióni vacans innócuam tranquillámque degit vitam.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem ætérnam. **V.** Descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit eum. **Et.**

Lectio v

IN hac erémo Landelínus juxta Apóstoli verba, quæ sursum sunt sapiébat, non quæ super terram: mórtuus enim erat, et vita illíus abscondita cum Christo in Deo. Pax hæc brevi turbáta fuit: síquidem beátus solitárius a quodam venatóre feras fortuíto persequénte detéctus fuit, qui sub vili hábitu latrónen delítescere súspicans, convítiis primo sanctum óbruit. Postrémo nec précibus nec frontis modéstia, aut ánimi patiéntia viri Dei commótus, homo ferox furóre pércitus eúndem pro inimíco deprecántem ímpia manu trucidávit.

R. Desidérium ánime ejus tribuísti ei Dómine, * Et voluntáte labiórū ejus non fraudásti eum. **V.** Quóniam prævenísti eum in benedictiōnibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósō. **Et.**

Lectio vi

PRETIÓSA in conspéctu Dómini mors mártýris ubi primum pópolis circumjacéntibus innotuit, pii fidéles ejus corpus reverénter terræ mandárunt.

Sepúlchrum vero ejus tanta cœpit frequentári devotíone, ut Widegérnus Argentinénsis episcopus initio sǽculi octávi ibidem ecclésiam fundáverit et celam monachórum institúerit, quæ póstea ab Ettóne ejus successore cum reliquiis beáti Landelíni ex antiquo loco in propinquum transláta, multum aucta, latis dotáta prædiis et ex ipsius nómíne monastérium Etoniánum dicta est. In loco autem, ubi sanctus occubuisse asseverátur, limpidíssimi manant fontes, curándis morbis público testimónio máxime salutáres.

R. Stola jucunditátis índuit eum Dóminus: * Et corónam pulchritúdinis pósuit super caput ejus. **V.** Cibávit illum Dóminus pane vitæ et intelléctus: et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum.
Et. Glória Patri. Et.

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Mattháeum

Lectio vii **Cap. 16, 24-27**
In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Si quis vult post

me veníre, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me. Et réliqua.

Homilía sancti Augustíni
Episcopi

Sermo 96 de Script.



RIMA hóminis perdítio fuit amor sui: si enim se non amáret et Deum sibi præpóneret, Deo esse semper subditus vellet; non autem converterétur ad negligéndam voluntátem illús et ad faciéndam voluntátem suam. Hoc est enim amáre se, velle fáceré voluntátem suam. Præpónē his voluntátem Dei: disce amáre te, non amándo te. Quid est: neget se? non præsúmat de se, séntiat se hóminem et respiciat dictum prophéticum: Maledíctus omnis, qui spem suam ponit in hómine. Subdúcat se sibi, sed non deórsum versus: subdúcat se sibi, ut hæreat Deo. Quidquid boni habet, illi tríbuat, a quo factus est: quidquid mali habet, ipse sibi fecit. Deus, quod in illo malum est, non fecit. Perdat quod fecit, qui inde defécit.

R. Coróna áurea super caput ejus, * Expréssa signo sanctitatis, glória honoris, et opus fortitudinis. **V.** Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédis, posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. Expréssa.

Lectio viii

QUID est: tollat crucem suam? Ferat quidquid moléstum est; sic me sequáтур. Cum enim cœperit me móribus et præcéptis meis sequi, multos habébit contradictóres, multos habébit prhibitóres, multos habébit dissuasóres, et hoc de ipsis quasi comítibus Christi: cum Christo ambulábant, qui cæcos clamáre prohibébant. Sive ergo minas, sive blandiménta, sive quáslibet prohibitíones, si sequi vis, in crucem verte, tólera, porta; noli succúmbere. Vidéntur his verbis Dómini exhortáta martýria; si persecútio est, nonne pro Christi debent cuncta contémni? Amátur mundus; sed præponátur a quo factus est mundus; sed suávior est a quo factus est mundus. Malus est mundus; et bonus est a

quo factus est mundus.

R. Hic est vere Martyr, qui pro Christi nómine sanguinem suum fudit: * Qui minas júdicum non tímuit, nec terrénæ dignitatis glóriam quæsivit, sed ad cælestia regna pervenit. **V.** . Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Qui. Glória Patri. Qui.

In Fériis Quattuor Temporum IX
Lectio de Homilia Fériæ et fit ejus
Com. in Laudibus; alias

Pro S. Thoma de Villanova:

Lectio ix

THOMAS, in óppido Fontispláni Toletánæ dioecéseos in Hispánia natus, a bonis paréntibus, in eúnte vita, pietátem et singulárem in páuperes misericordiam accepit, cuius toto vitæ suæ decúrsu præclára dedit exémpla. Puer enim, ut nudos operíret, própriis véstibus non semel séipsum éxuit;adoléscens, post patris óbitum univérsam hereditátem egénis virgínibus aléndis dicávit. Cum, theologiæ cursu confécto, divino instíngu, Eremitárum sancti Augustíni institútum ampléxus es-

set, virtútibus ómnibus ornátus, caritáte præsértim erga páuperes et peccatóres excélluit, quos e vitiórum coeno edúcere satégit. Præcípue vero eius misericórdia elúxit, cum, ad regéndam Valen-tínam ecclésiam ex obediéntia vocátus, vigilantíssimi pastórēs vices explévit et amplos ecclésiæ réditus in egénos dispérsit, ne léctulo quidem sibi relícto. Obdormívit in Dómino, sexto idus sep-témbris, annos natus octo supra sexagínta.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multi-plicábitur.

Ad Bened. **Ant.** Qui odit áni-mam suam in hoc mundo, in vi-tam ætérnam custódit eam.

Oratio

DEUS, pro cujus nómine beá-tus Landelínus martyr occubuit: præsta quásumus; ut ipsius exémplo áimas nostras in patiéntia possidéntes, coronári cum ipso mereámur in cælis. (Per Dóminum.)

Et fit Com. S. Thomæ de Villanova:

Ant. Eleemósynas illius enar-rábit omnis ecclésia sanctórum.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **℟.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

DEUS, qui beátum Thomam Pontíficem insígnis in páuperes misericórdiæ virtúte decorásti: quásumus; ut, ejus intercessióne, in omnes, qui te deprecántur, divítias misericórdiæ tuæ benígnus effúndas. (Per Dóminum.)

Et post Commemorationem Feriæ in Quatuor Temporibus (præmissa in urbe Friburgensi Commemoratione Octavæ, ut supra) fit Com. Ss. Mauriti et Socior. Mm.:

Ant. Vestri capílli cápitis omnes numeráti sunt: nolite timére: multis passéribus meliòres estis vos.

℣. Exsultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Oratio

ANNUE, quásumus, om-nípotens Deus: ut sanctórum Mártýrum tuórum Maurítii et So-

ciórum eius nos lætíficet festíva
solémnitas; ut, quorum suffrágii
nítimur, eórum natalíciis glorié-
mur. Per Dóminum.

IN II VESPERIS

Ad Magnif. **Ant.** Qui vult veníre
post me, * ábneget semetípsum,
et tollat crucem suam, et sequátur
me.

V. Justus ut **et Oratio** Deus, pro
cujus, **ut supra**.

Et fit Com. sequentis:

Ant. Iste Sanctus pro lege Dei
sui certávit usque ad mortem, et
a verbis impiórum non tímuit:
fundátus enim erat supra firmam
petram.

V. Glória et honóre coronásti
eum, Dómine. **R.** Et consti-
tuísti eum super ópera mánuum
tuárum.

Oratio

Deus, qui nos beáti Lini Már-
tyris tui atque Pontíficis án-
nua solemnitáte lætíficas: con-
céde propítius; ut cujus natalí-
cia cólimus, de ejúsdem étiam
protectióne gaudeámus. (Per
Dóminum.)

Deinde Com. S. Thomæ de Vil-

lanova:

Ant. Dispérsit dedit paupéribus:
justitia ejus manet in sáculum
sáculi.

V. Justum dedúxit **et Oratio**
Deus, qui beátum, **ut supra**.

Postea (præmissa in urbe Fribur-
gensí Com. Octavæ, **ut supra**) Com.
S. Theclæ Virg. et Mart.:

Ant. Veni, Sponsa Christi,
áccipe corónam, quam tibi Dómi-
nus præparávit in ætérnum.

V. Spécie tua et pulchritú-
dine tua. **R.** Inténde, próspere
procéde, et regna.

Oratio

DA, quássumus, omnípotens
Deus: ut, qui beátæ Theclæ
Vírginis et Mártyris tuæ natalí-
cia cólimus; et ánnua solemnitáte
lætémur, et tantæ fidei proficiá-
mus exémplo. Per Dóminum.

Die 24 Septembris

In urbe Friburgensi:

In Octava Ss. Lamberti

Episcopi et Alexandri

Martyrum Duplex majus

Antiphonæ et Psalmi ad omnes Ho-
ras et Versus Nocturnorum de occur-

renti Hebdomadæ die, ut in Psalterio; reliqua ut in Festo præter Lectiones, quæ in I Nocturno dicuntur de Scriptura occurrenti cum suis Responsoriis de Tempore, in II et III assignantur propriæ.

V. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi. **R.** Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magnif. **Ant.** Istórum est enim * regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

Oratio

DA nobis, quæsumus Dómine, beatórum Mártyrum tuórum Lambérti et Alexándri solemnitatibus gloriári: ut eórum semper et patrocíniis sublevémur, et fidem cóngrua devotione sectémur. Per Dóminum.

Et fit Com. præcedentis:

Ant. Qui vult venire post me, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.

V. Justus ut palma florébit.
R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio Deus, qui nos, **ut supra.**

Deinde **Commemoratio** B. Mariæ Virg. de Mercede (duplex majus):
Ant. Sancta María, succúre miséris, juva pusillánimes, réfove flébiles, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto femíneo sexu: séntiant omnes tuum juvámen, quicúmque célebrant tuam sanctam festivitátem.

V. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. **R.** Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Oratio

DEUS, qui per gloriosíssimam Filii tui Matrem, ad liberándos Christi fidéles a potestáte paganórum nova Ecclésiam tuam prole amplificáre dignátus es: præsta, quæsumus; ut, quam pie venerámur tanti operis institutrícem, ejus páriter méritis et intercessióne, a peccátis ómnibus et captivitaté dæmonis liberémur. Per eúndem Dóminum.

In II Nocturno Lectiones: Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi: Nemo est, qui nésciat, **ut in Communi plurim.** Mm. 2 loco.

In III Nocturno

Lectio sancti Evangélii secúndum
Lucam

Lectio vii **Cap. 21,9-19**

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Cum audiéritis prælia, et sedítiones, nólite terréti: opórtet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Et réliqua.

Homilia sancti Augustíni
Episcopi

Sermo 14 Lib. 50 Homil.

PÓMINUS noster Jesus Christus téstibus idest martyribus suis, pro humána fragilitáte sollícitis, ne forte eum confiténdo atque moriéndo perírent, magnam securitatétem dedit, dicens: Capillus de cápite vestro non períbit. Times ergo ne péreas, cujus capillus non períbit? Si sic custodiúntur supérflua tua, in quanta securitaté est áнима tua? Non perit capillus, qui cum tondétur, non sentis; et perit áнима, per quam sentis? Sane multa dura eos passúros esse prædixit, ut prædicéndo fáceret paratióres, diceréntque illi: Pará-

tum cor meum.

R. Propter testaméntum Dómini, et leges patérnas, Sancti Dei perstiterunt in amóre fraternitatis: * Quia unus fuit semper spíritus in eis, et una fides. **V.** Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum. Quia.

Lectio viii

QUID est: Parátum cor meum; nisi, Paráta volúntas mea? Parátam ergo habent mátyres voluntátem in martýrio, sed præparátur volúntas a Dómino. Illis autem in malis duris atque áspéris futúris commémorans adjécit: In patiéntia vestra possidébitis ánimas vestras. In vestra patiéntia, inquit: non enim esset patiéntia tua, si non ibi esset et volúntas tua. In vestra patiéntia: sed unde vestra? Nostrum est, quod a nobis habétur; nostrum est, et quod nobis donátur.

R. Sancti mei, qui in carne pósiti, certámen habuístis: * Mercédem labóris ego reddam vobis.

V. Veníte, benedícti Patris mei, percípite regnum. **Mercédem.** Gloria Patri. **Mercédem.**

Pro B. Maria V. de Mercede:

Lectio ix

Quo tempore innumeri fidéles sub immani servitute, cum periculo christianæ fidei abjurandæ, amittendæ salútis ætérnæ, infeliciter detinebántur, beáta Virgo María, sancto Petro Nolasco, beato Raymundo de Péñafort et Jacobo Aragoniæ regi noctu appárens, acceptíssimum sibi ac unigénito suo Fílio fore dixit, si suum in honórem instituerétur ordo religiosórum, quibus cura incúmberet captivos e Turcárumb tyránnide liberándi. Quare, collátis inter se consíliis et consentiéntibus ánimis, in honórem ejúsdem Vírginis Matris órdinem institúere aggréssi sunt, sub invocatióne sanctæ Maríæ de Mercéde redemptiōnis captivórum, sodálibus quarto voto astríctis manéndi in pignus sub paganórum potestáte, si pro Christianórum liberatione opus esset. Quibus rex ipse arma sua régia in péctore deferre concessit, et a Gregório nono illud tam præcellentis caritátis institútum

confirmándum curávit. Ut autem tanti beneficíi et institutiónis, débitæ Deo et Vírgini Matri referántur gratiæ, Sedes apostólica hanc peculiárem festivitatēm celebri indulsit.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

℣. Exsultábunt Sancti in glória.

℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Bened. **Ant.** Vestri capilli cápitis * omnes numeráti sunt : nolite timére : multis passéribus melióres estis vos.

Oratio

Da nobis, quæsumus Dómine, beatórum Mártirum tuórum Lambérti et Alexándri solemnitatibus gloriári: ut eórum semper et patrocínii sublevémur, et fidem cóngrua devotióne sectémur. Per Dóminum.

Et fit Com. B. Mariæ Virg. de Mercede:

Ant. Beáta es, María, quæ credidísti: perficiéntur in te, quæ dicta sunt tibi a Dómino, allelúja.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. **℟.** Propterea benedíxit te Deus in ætérnum.

Oratio

DEUS, qui per gloriosíſſimam Fíllií tui Matrem, ad liberándos Christi fidéles a potestáte paganórum nova Ecclésiam tuam prole amplificáre dignátus es: præsta, quásumus; ut, quam pie venerámur tanti operis institutícem, ejus páriter méritis et intercessióne, a peccátis ómnibus et captivitáte dáemonis liberémur. Per eúndem Dóminum.

IN II VESPERIS

Ad Magnif. Ant. Gaudent in cælis * ánimæ Sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti: et quia pro ejus amóre sanguinem suum fudérunt, ídeo cum Christo exsúltant sine fine.

℣. Exsultábunt Sancti.

Et fit Com. B. Mariæ Virg. de Mercede:

Ant. Beátam me dicent omnes generatiónes, quia ancíllam húmilem respéxit Deus.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. **℟.** Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Oratio Deus, qui per, ut supra.

Die 28 Septembriſ
S. Liobæ **Virginis**
Duplex

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua. **℟.** Inténde, próspere procéde, et regna.

Ad Magnif. Ant. Veni, Sponsa Christi, * áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

Oratio

EXÁUDI nos, Deus, salutáris Noster: ut, sicut de beátæ Liobæ Vírginis tuæ festivitaté gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. præcedentis:

Ant. Gaudent in cælis ánimæ Sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti: et quia pro ejus amóre sanguinem suum fudérunt, ídeo cum Christo exsúltant sine fine.

℣. Exsultábunt Sancti in glória. **℟.** Lætabúntur in cubílibus suis.

Oratio

PRÆSTA, quásumus omnípotens Deus: ut, qui sanctórum Mártyrum tuórum Cosmæ et Damiáni natalítia cólimus,

a cunctis malis imminéntibus,
eórum intercessiónibus liberé-
mur.

**Deinde Com. S. Wenceslai Ducis,
Mart. (semiduplex):**

Ant. Iste Sanctus pro lege Dei
sui certávit usque ad mortem, et
a verbis impiórum non tímuit:
fundátus enim erat supra firmam
petram.

℣. Glória et honóre coronásti
eum, Dómine. **R.** Et consti-
tuísti eum super ópera mánuum
tuárum.

Oratio

DEUS, qui beatum Wences-
láum per martyrii palmam a
terrénō principátu ad cælestem
glóriam transtulísti: ejus précibus
nos ab omni adversitéte custódi;
et ejúsdem tríbue gaudére consór-
tio. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

LÍOBA, sancti Bonifátii
Epíscopi et Mártyris
Germanórum Apóstoli
consanguínea, in Anglia
paréntibus ætáte jam provéctis
nata, Tettæ insígnis sanc-

timóniæ vírgini educánda ac di-
vínis stúdiis imbuénda tráditur.
Eo témpore, quo cælestis vitæ
stúdiis Líoba in monastério Win-
burnénsi in Anglia flóruit, sanctus
Bonifátius, in Germánia fidem
Christi felicíssimo cum evéntu
prædicans, legátos cum epísto-
lis diréxit in pátriam ad Tet-
tam Abbatíssam déprecans, ut ad
auxílium legatiónis a Sede apos-
tólica sibi injúntæ, transmít-
teret hanc Líobam vírginem, fama
sanctitatis, doctrínæ et virtútum
per longíqua terrárum spátia
celebrátam; quam cum advenís-
set, vir Dei summa cum ven-
eratióne suscépit, ac spirálem
vírginum matrem esse decrévit;
quapropter illam monastérii in
loco, qui vocátur Episcópium ad
Túberam, a se erécti Abbatíssam
constítuit, ubi non parvus ancil-
lárum Dei númerus colléctus est,
quæ ad exémplar beatæ magístræ
cælestis disciplínæ stúdiis in-
stituébantur.

R. Propter veritátem, et man-
suetúdinem, et justítiam: * Et
dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

℣. Spécie tua et pulchritúdine

tua inténde, próspera procéde, et regna. **Et.**

Lectio v

ERAT Líoba magnárum virtútum fémina, quæ omni fervóre conténdit, ut semetípsam Deo irreprehensibilem exhibéret et cunctis sibi obtemperántibus in verbo et conversatióne forma salútis exsísteret. Omnibus sine personárum acceptiónē se affábilem ac benévolam exhibuit. Erat aspéctu angélica, sermóne jucúnda, ingénio clara, consílio próvida, spe patientíssima, carítate profusa. Et cum lætam semper fáciem præférret, numquam hilaritaté nímia resoluta est in risum. Cibos autem et potum, cum áliis summa humanitát exhibéret, ipsa parcíssime sumpsit. Lectióni sacræ tanta diligéntia incubuit, ut nisi oratióni vacáret, aut aliménto vel somno corpús culum reficeret, numquam divína páGINA de mánibus ejus abscéderet. Plúribus miráculis Dóminus ancillæ suæ sanctitaté voluit esse testatam; nam moniális vírginis diri críminis accusátæ innocéntiam sancta

Líoba prodigióse manifestári a Deo ímpetrat, extinguit inéndium, sedat tempestátem invocatióne sanctíssimæ Dei Genitricis, coenóbii sui mónacham hæmorrhoidáli morbo laborántem et morti jam próximam sanat.

R. Dilexísti justitiam, et odísti iniquitátem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiae. **V.** Propter veritátem, et mansuetudinem, et justitiam. Propterea.

Lectio vi

BÉATA autem virgo Líoba non terram hereditáre cùpiens sed cælum, ad finem christiánæ perfectiónis ferventíssime tendébat. Quare disseminabatur de ea semper et ubique fama laudabilis, et odore sanctitatis ac sapiéntiae cunctórum in se traxit amórem. Erat enim omnibus, qui eam nóverant, et ipsis quoque régibus honorabilis. Nam Pipínus rex Francórum et filii ejus omni eam veneratióne coluérunt; ac præcipue Cárolus, qui religiósam Dei vírginem ad se frequénter invitátam magna cum reveréntia suscépit et dig-

nis munéribus honorávit. Sic et régina Hildegárdis puro eam venerabátur afféctu voluítque, ut assídue secum manéret; sed Líoba ut venéni poculum palatínum de-testabátur tumultum. Et quia erat in Scriptúris eruditíssima atque in consílio prudentíssima, non-númquam et ipsi Epíscopi verbum vitæ cum ea conferébat et institúta ecclesiástica sæpe trac-tabant. Tandem beáta Líoba, cum plúrimas ánimas sanctitátis suæ exémplis Dómino lucráta in omni ferme Germánia signórum glória et doctrínæ fama coruscáret, accépto Córporis et Sanguinis Christi viático, in pace quiévit quarto Kaléndas Octóbris, anno salútis septingentésimo septu-agésimo nono. Corpus vero illius honorífice ad Fuldénse coenóbium translátum, in Ecclésia sancti Epíscopi et Mártyris Bonifácii dignis cum láudibus tumulátum, ibidem miráculis cláruit.

R. Afferéntur Regi vírgines post eam, próximæ ejus; * Afferéntur tibi in lætitia et exsultatióne.
V. Spécie tua et pulchritúdine tua; inténde, próspere procéde, et

regna. Afferéntur. Glória Patri.
Afferéntur.

In III Nocturno Lectiones de Homilia in Evingel. Símile erit, ut in Communi Virg. 1 loco.

Pro S. Wenceslao:

Lectio ix

WENCESLÁUS, Bohémiæ dux, Wratisláo patre Christiáno, Drahomíra matre gentili natus, ab ávia Ludmilla fémina sanctís-sima pie educátus, omni virtútum génere insignis, summo stúdio virginitátem per omnem vitam servávit illibátam. Mater, per nefáriam Ludmíllæ necem regni administratióne assecúta, ímpie cum iunióre filio Bolesláo vivens, concitávit in se prócerum indig-natióne; quare, ímpii regíminis pertáesi, utriúsque excússio iugo, Wencesláum in urbe Pragénsi regem salutárunt. Qui regnum pietate magis quam império gu-bernávit, in egénis et afflícitis sublevándis solers et assíduus. Summa religióne sacerdótes ven-eráti, suis ipse mánibus tríticum serébat et vinum exprimébat, in Missæ sacrificio adhibénda. Cum vero ab imperatóre régiis insíg-

nibus decorátus fuíset, ab ímpio fratre, matris suásu, orans in ecclésia interféctus est. Sanguis eius per paríetes aspérsus adhuc conspícitur.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. **℟.** Propterea benedíxit te Deus in æténum.

Ad Magnif. Ant. Símile est regnum cælórum * hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósas, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

Oratio

ExAUDI nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beátæ Liobæ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus, ita piæ devotionis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. S. Wenceslai:

Ant. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio

Deus, qui beátum Wencesláum per martýrii palmam a terréno principátu ad cælestem glóriam transtulísti: ejus præcibus nos ab omni adversitéte custódi; et ejúsdem tríbue gaudére consórto. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti, Com. præcedentis tantum:

Ant. Veni, Sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in æténum.

℣. Diffúsa est. **et Oratio** Exáudi nos, **ut supra.**

FESTA OCTOBRIS

Die 15 Octobris
In Ecclesiis Cathedrali et non consecratis:

S. Teresiæ Virginis
Duplex

Ut in Breviario hac die.

Vesperæ a Capitulo de sequenti, Com. præcedentis, ut infra.

EADEM DIE 15 OCTOBRIS
IN ECCLESIIS CONSECRATIS:

In Dedicatione propriæ Ecclesiæ

DUPLEX I CLASSIS CUM OCTAVA COMMUNI

**Omnia de Communi Dedicationis
Ecclesiæ.**

Ad Laudes tantum fit Com. S. Teresiæ Virg.:

Ant. Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósia, dedit ómnia sua, et compáavit eam.

℣. Diffusa est grátia in lábiis tuis. **℟.** Propterea benedíxit te Deus in ætérmum.

Oratio

Exaudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beátæ Teresiæ Vírginis tuæ festivitaté gaudémus; ita cælestis eius doctrínæ pábulo nutriámur, et piæ devotionis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

In II Vesperis Com. sequentis ut infra.

**In Ecclesiis consecratis:
Pro Commemoratione
Octavæ
IN I VESPERIS**

Ant. Sanctificávit Dóminus tabernáculum suum: quia hæc est domus Dei, in qua invocábitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dóminus.

℣. Hæc est domus Dómini firmiter ædificáta. **℟.** Bene fundáta est supra firmam petram.

Oratio

Deus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecratioñis réparas diem, et sacris semper mystériis repræséntas incólumes: exaudi preces pópuli tui, et præsta; ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. Per Dóminum.

AD LAUDES

Ant. Zachæe, festinans descendé, quia hodie in domo tua opórtet me manére: at ille festinans descéndit, et suscépit illum gaudens in domum suam. Hodie huic dómui salus a Deo facta est, allelúja.

℣. Hæc est domus Dómini firmiter ædificáta. **℟.** Bene fundáta est supra firmam petram.

IN II VESPERIS

Ant. O quam metuéndus est locus iste: vere non est hic áliud, nisi domus Dei, et porta cæli.

℣. Domum tuam, Dómine, decet sanctitudo. **℟.** In longitudinem diérum.

Die 16 Octobris

S. Galli **Abbatis**
Duplex

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **℟.** Stolam gloriæ induit eum.

Ad Magnif. **Ant.** Similabo eum * viro sapienti, qui ædificávit domum suam supra petram.

Oratio

INTERCÉSSIO nos, quæsumus Dómine, beati Galli Abbatis comméndet: ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

In Ecclesiis Cathedrali et non consecratis fit Com. S. Teresiæ Virg.

Ant. Veni, Sponsa Christi, accipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in æténum.

℣. Diffusa est grátia in lábiis tuis. **℟.** Propterea benedíxit te Deus in æténum.

Oratio Exaudi nos, **ut supra.**

Et fit Com. S. Hedwigis.

Ant. Símile est regnum cælorum homini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiosa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua. **℟.** Inténde, próspera procéde, et regna.

Deus, qui beátam Hedwígem a sǽculi pompa ad húmilem tuæ crucis sequélam toto corde transíre docuísti: concéde; ut eius méritis et exémplo discámus per-

itúras mundi calcáre delícias, et in ampléxu tuæ crucis ómnia nobis adversántia superáre: Qui vivis.

In II Nocturno

Lectio iv

GALLUS Abbas nobilibus apud Scotos natálibus ortus, in Hibérnia in monastério Benchor adolescéntulus vitam páuperum cum elegíset, humilitáti et obediéntiae perfectæque subjectióni semper stúduit. Deinde vero cum non morum tantum, sed et ingénii laude ac sanctárum Scripturárum sciéntia usúque appríme floréret, sacérdos Dei unctus, prædicándi Evangélii causa abátem Columbánum secútus in Británniam índeque Gálliam trájicit, ubi Sigeberti regis voluntáte Luxoviensem solitúdinem dum incóleret, ad Christi fidem complúres, multos étiam ad monásticæ vitæ institúta permóvit. Sed cum regis Theodoríci concubinátum redargúere Columbánus abbas non desísteret, Brunichíldis regínæ instínctu Luxóvio pul-

sus, accépta a Theodebérto Aus-trasianórum rege potestáte, in Alamánnia ad lacum Turicínum primum, deinde vero apud Brigántium óppidum, reconciliáto sanctæ Auréliæ templo, con-sédit.

R. Honéstum fecit illum Dómi-nus, et custodívit eum ab inimí-cis, et a seductóribus tutávit illum:

* Et dedit illi claritátem ætérnam.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Et.**

Lectio v

VERUM quóniam Gallus idolo-latríæ scelus ubique convellébat, fana ac simulácrá dissipábat, gentilium ódia concitávit. Quibus étiam cedéndum ratus Colum-bánus, in Itáliam ipse ad Ag-ilúlphum Longobardórum regem proféctus, Gallum féribus de-téntum una cum Magnoáldo et Theodóro mónachis in Alamánnia relíquit. Gallus vero sex-agésimum quintum círciter an-num agens mox ut conváluit, eré-mum cum jam dictis discípulis ingréssus, triduáno eam jejúnio,

orationibus ac lácrimis conse-cravit, et monastérium cóndidit. In quo plures fratres monás-ticis disciplínis divinarúmque Scripturárum intelligéntia imbuit, gentes circumpósitas Jesu Christi fidem sectári dócuit. Cor-pus suum inédia, frígore, cilício déniue et caténa castigávit, ita secréto ut de caténa ejus ærea ciliciove, quibus ad hujús-modi exercítia utebátur, nec dis-cípuli ejus, dum víveret, rescírent. Fridibúrgam Alamánniæ ducis filiam, Sigebérti regis sponsam, a sævíssimo dæmónio cum liberás-set, ducis opulentíssima dona ómnia commínuit, et apud Arbó-nam in páuperes erogávit. Episcopátum Constantiénsem, Ab-batiám Luxoviénsem suscípere recusávit. Columbánum in Itália vitæ múnere sanctíssime perfúnctum, per visiónem in Alamánnia præcognóvit.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, * Et ad portas paradísi coro-návit eum. **V.** Índuit eum Dómi-nus lorícam fidei, et ornávit eum. **Et.**

Lectio vi

DÉNIQUE cum pópulos mul-tos ab idólórum cultúra avocáasset, ipsóque die sancti Michaélis Archángeli apud Ar-bónam post Missárum solémnia Evangélium prædicáasset, febre in jam dicto óppido íterum corréptus, circa annum Dómini sex-centésimum quadragésimum sex-tum, Theodóri Papæ primi quartum, ætatis suæ anno nonagésimo quinto, die vero décimo séptimo ante Kaléndas Novémbris inter discipulórum manus exspirávit. Sed cum illic nullo modo potuísset humári, indomitórum equórum ductu, ardéntibus contínuo ad fèretrum céreis, in sacram eré-mum perlátus, in oratório suo Joánnis epíscopi Constantiénsis, sui olim discípuli, fratrúmque mánibus sepúltus, miráculis cláruit.

R. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et

pervénit ad cælestia regna. **Quia.**
Glória Patri. Quia.

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum
Matthéum

Lectio vii **Cap. 19, 27-29**

IN illo tempore: Dixit Petrus
ad Jesum: Ecce nos relíquimus
ómnia, et secuti sumus te: quid
ergo erit nobis? Et réliqua.

Homilía sancti Petri Damiáni

Sermo de S. Benedicto

CUID ait: Ecce nos
relíquimus ómnia,
et secuti sumus te?
Solémne verbum, magna promís-
sio, opus sanctum dignum bene-
dictiōne, relínquere ómnia et
sequi Christum. Hæc sunt
verba voluntariæ persuasória
paupertatis, quæ monastéria
genuérunt, quæ claustra mó-
nachis, anachorétis silvas coi-
sius replevérunt. Hæc enim
sunt, de quibus psallit ecclésia:
Propter verba labiorum tuorum
ego custodívi vias duras, percep-
tura réquiem pro labóre, pro pau-

pertáte divítias, pro tribulatiōne
mercédem.

R. Iste est, qui ante Deum mag-
nas virtutes operátus est, et om-
nis terra doctrina ejus repléta est:

* Ipse intercédat pro peccátis óm-
nium populórum. **V.** Iste est, qui
contémpsit vitam mundi, et per-
vénit ad cælestia regna. **Ipse.**

Lectio viii

Ecce, inquit, nos relíquimus
ómnia, non solum facultates
mundi, sed et animi quoque cu-
piditates. Neque enim relinquit
ómnia, qui retinuit vel se íp-
sum; immo vero nihil prodest,
sine seípso cétera reliquissé:
quandóquidem nullum áliud
onus est grávius hómini quam
homo ipse. Quis enim tyrán-
nus crudélio, quæ sáevior potés-
tas hómini, quam hóminis ipsius
voluntas? Numquam sub ea re-
qiéscere, numquam sedére licet:
et quo amplius te ad obediéndum
sibi nóverit fatigári, eo magis ur-
get, instigat et ónerat pietatis im-
memor, misericordiam nésciens.

R. Sint lumbi vestri præcincti,
et lucernæ ardentes in mánibus

vestris: * Et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis. ¶ Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et. Glória Patri. Et.

Pro S. Hedwig:

Lectio ix

HEDWÍGIS, régiis clara natálibus, sanctæ Elisabeth, filiæ regis Hungáriae matérterea, duodénnis Henríco Polóniæ ducis núptui trádita, prolem inde suscéptam in Dei timóre erudívit. Ut autem commódius Deo vacáret, ex pari voto et consénsu unánimi, ad separationem thori virum indúxit. Quo defuncto, ipsa in monastério Trebnicénsi Cisterciéensem sumpsit hábitum; in eóque, contemplatióni inténta, divinis Officiis et Missárum solémniis assídua assistere in delíciis hábuit. Sublimióribus florens virtútibus, arctíssima pœniténtia, consiliórum gravitáte animíque candóre, in exímium religiósæ pietatis evásit exémplum. Omnibus se ultro subícere atque vilióra múnia subíre,

paupéribus étiam flexu genu ministráre, leprosórum pedes ablúere et osculári, ipsi familiáre erat. Mira eius patiéntia animíque constántia, præcípue in morte Henríci, ducis Silésiæ, sui filii in bello a Tártaris cæsi, enítuit. Miraculórum glória, præcípue post óbitum, claram, Clemens quartus Sanctórum número eam adscíp-sit.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

¶. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ¶. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

Et fit Com. S. Hedwigis.

Ant. Date ei de fructu mánuum suárum, et laudent eam in portis ópera ejus.

¶. Diffusa est grátia in lábiis tuis. ¶. Proptérea benedíxit te Deus in ætérum.

DEUS, qui beátam Hedwígem a sáculi pompa ad húmilem

tuæ crucis sequélam toto corde transíre docuísti: concéde; ut eius méritis et exémplo discámus peritúras mundi calcáre delícias, et in ampléxu tuæ crucis ómnia nobis adversántia superáre: Qui vivis.

In Ecclesiis consecratis fit Com. Octavæ, ut supra.

Vesperæ a Capitulo de sequenti, Com. præcedentis et S. Hedwigis:
Ant. Hic vir despíciens mundum et terréna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **℟.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

INTERCÉSSIO nos, quæsumus Dómine, beáti Wendelíni Abbátis comméndet: ut quod nóstros méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

℣. Diffusa est et **Oratio** Deus, qui, **ut supra**.

In Ecclesiis consecratis fit Com. Octavæ, ut supra.

Die 20 Octobris

S. Wendelini Abbatis

Duplex

Ad Magnif. Ant. Similabo eum * viro sapienti, qui ædificávit domum suam supra petram.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **℟.** Stolam glóriæ in-duit eum.

Oratio

INTERCÉSSIO nos, quæsumus Dómine, beáti Wendelíni Abbátis comméndet: ut quod nóstros méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Et fit Com. præcendtis:

Ant. Hic vir despíciens mundum et terréna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **℟.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

DEUS, qui beátum Petrum Confessórem tuum admirábilis pœniténtiæ et altíssimæ contem-platiónis múnere illustráre digná-tus es: da nobis, quæsumus; ut, ejus suffragántibus méritis, carne mortificáti, facílius cælestia capiámus. (Per Dóminum.)

Deinde Com. S. Joannis Cantii
Conf.

Ant. Euge, serve bone et fidélis,
quia in pauca fuísti fidélis, supra
multa te constitúam, intra in
gáudium Dómini tui.

V. Os justi meditábitur sapiéntiam. **R.** Et lingua ejus loquéatur
judícum.

Oratio

DA, quás sumus, omnípotens
Deus: ut, sancti Joánnis Con-
fessoris exémplo in sciéntia Sanc-
tórum proficiéntes, atque áliis
misericórdiam exhibéntes; ejus
méritis, indulgéntiam apud te
consequámur. Per Dóminum.

Postea in Ecclesiis consecratis Com-
memoratio Octavæ, ut supra.

In II Nocturno

Lectio iv

WENDELÍNUS (qui et Wen-
dalínus) natióne Sco-
tus et régia (ut ferunt)
orígenre procreátus, cum humil-
itaté christiánam in abjécta
vita natálium splendóri præfér-
ret, patris digréssus solo ad il-
lam Trevirórum regiónem per-
vénit, quam nunc sancti Wen-

delíni (ut ab illo nuncupátur) óp-
pidum tenet: ubi sese viro nó-
bili in servitútem últimam sub-
úlci addíxit, in qua cútui divíno
sacráque religiónis exercítii in-
ter pervigília, inediámque et as-
síduas noctu diúque produktas
obsecratiónes, magna sanctitátis
fama vacávit, cum omne, quod a
labóre suppetébat ótium, ad Dei
laudes precandíque stúdium con-
vérteret.

R. Honéstum fecit illum Dómi-
nus, et custodívit eum ab inimí-
cis, et a seductóribus tutávit illum:

* Et dedit illi claritátem ætérnam.

V. Justum dedúxit Dóminus per
vias rectas, et osténdit illi regnum
Dei. **Et.**

Lectio v

VERUM postrémo perfectiórís
vitæ sub aliórum disciplína
transigéndæ amóre inflammátus,
in Tholójense coenóbium concés-
sit, ubi latiòrem nactus in aliórum
consórtio et sub aliórum império
humilitátis exercéndæ campum,
quæ seórsim meditátus erat ab-
jectiónis exémpla, in societáte ali-
órum usu exercitióque confir-
mávit. In superióribus Dei per-

sónam auctoritatémque revéritus, mandáta imperántium ceu divinam voluntátem amplectebátur; æquálibus ad ómnia caritatis officia promptíssimus; nulli non demísse insérviens prætérum corpori próprio, quod insígni abstinentia macerábat.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, * Et ad portas paradísi coronávit eum. **V.** Índuit eum Dóminus lorícam fídei, et ornávit eum. **Et.**

Lectio vi

His aliisque virtútum exer-tus, cítiis ad mortem suque dédi-tus, Abbátis múnere monastério invítus præficitur, in quo non domésticis tantum, verum et extérnis insígni sanctitatis poinióne venerándus appáruit. Quo fac-tum est, at postquam duodécimo Kaléndas Novémbris e vivis sub-látus est, in ejus memóriam et honórem óppidum, hodiédum suo nómine insignítum, cum illústri Basílica eo loco extruerétur, quo corpus Sancti Nonis Júlii translátum est. Quod insígni olim miraculórum frequéntia, et pópuli un-

dequáque religiónis grátia eódem confluéntis multitúdine celebrá-tum fuit.

R. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam:

* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. **Quia.** Glória Patri. **Quia.**

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthéum

Lectio vii

Cap. 19, 27-29

In illo témpore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus ómnia, et secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Et réliqua.

Homilia sancti Bedæ Venerabilis Presbýteri

Homilia in natali S. Benedicti



uo sunt órdines elec-tórum in judício futúri: unus judicántium cum Dómino, de quibus hoc loco mémorat, qui reliquéunt ómnia et secúti sunt illum: álius judican-dórum a Dómino, qui non quidem

ómnia sua páriter reliquérunt, sed de his tamen quæ habébant, quotidiánas dare eleemosynas Christi paupéribus curábant; unde et auditúri sunt in judício: Veníte, benedicti Patris mei, possidéte præparátum vobis regnum a constitutióne mundi. Esurívi enim, et dedístis mihi manducáre: sitívi, et dedístis mihi bóbere.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est:

* Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et per-vénit ad cælestia regna. **Ipse.**

Lectio viii

SED et reprobórum duos ibi futúros órdines Dómino narránte compérimus: unum eórum, qui fidei christiánæ mystériis initiáti, ópera fidei exercére contémnunt, quibus in judício testátur: Discédite a me maledícti in ignem ætérmum, qui præparátus est diábolo et ángelis ejus: esurívi enim, et non dedístis mihi manducáre. Alterum eórum, qui fidem et mystéria Christi vel numquam suscepére, vel suscép-

tam per apostásiam deseruére, de quibus dicit: Qui autem non credit, jam judicátus est; quia non credit in nómine unigéniti Fílii Dei.

R. Sint lumbi vestri præcíncti, et lucérnæ ardéntes in máníbus vestris: * Et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis. **V.** Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. **Et. Glória Patri. Et.**

Pro S. Joanne Cantic:

Lectio ix

JOÁNNES, in óppido Kenty Cræoviénsis diœcésis, a quo Cántii cognómen duxit, Stanisláo et Anna piis et honéstis paréntibus natus, morum suavitáte et innocéntia, ab ipsa infántia spem fecit máximæ virtutis. Sacérdos factus, stúdium auxit christiánæ perfectionis. Ilkusiéñsem paróchiam annis aliquot egrégie administrávit. Quidquid témporis a stúdio supérerat, partim salúti proximórum sacris præsér-tim conciónibus curándæ, partim oratióni dábat. Quater ad Apostolórum límina, pedes et viária

onústus sárcina, venit, tum ut Sedem apostólicam honoráret, tum, ut sui (sic enim aiébat) purgatórii poenas expósita illic cotídie peccatórum vénia redímeret. Virginálem pudicítiam vigilantíssime custodívit, et ante óbitum per annos triginta círciter et quinque ab esu cárnum abstínuit. Prídie Nativitátis Christi volávit in cælum. A Cleménte Papa décimo tértio fastis Sanctórum adscríptus, inter primários Polóniæ ac Lithuániæ patrónos cólitur.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. **Ant.** Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

Oratio

INTERCÉSSIO nos, quæsumus
Dómine, beáti Wendelíni Ab-
bátis comméndet: ut quod
nóstris méritis non valémus,
ejus patrocínio assequámur. Per

Dóminum.

Et fit Com. **S. Joannis Cantii:**

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.

Oratio

DA, quæsumus, omnípotens Deus: ut, sancti Joánnis Confessóris exémplo in sciéntia Sanctórum proficiéntes, atque álii misericórdiam exhibéntes; ejus méritis, indulgentiam apud te consequámur. Per Dóminum.

Deinde in Ecclesiis consecratís Com. Octavæ, ut supra.

IN II VESPERIS

Ad Magnif. **Ant.** Hic vir despíciens mundum * et terréna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

V. Justum dedúxit, et **O**ratio Intercéssio nos, **ut supra.**

Et fit, in Ecclesiis Cathedrali et non consecratís, Com. sequentis:

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui nos beáti Hilariónis Abbátis ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut, cujus natalítia cólimus, étiam actiones imitémur. (Per Dóminum.)

Deinde Com. S. Joannis Cantii:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui.

V. Os justi meditábitur sapiéntiam. **R.** Et lingua ejus loquéatur judíciū.

Oratio Da, quásumus, **ut supra.**

Postea Com. Ss. Ursulæ et Sociarum Vv. et Mm.:

Ant. Veni, Sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in æténum.

V. Spécie tua et pulchritúdine tua. **R.** Inténde, pròspere procéde, et regna.

Da nobis, quásumus, Dómine, Deus noster, sanctárum Vírginum et Mártyrum tuárum Ursulæ et Sociarum eius pal-

mas incessábili devotíone venerári: ut, quas digna mente non pòssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

In Ecclesiis consecratis Com. sequentis diei infra Octavam (Ant. et **V.** e I Vesperis) ut supra.

Deinde Com. S. Joannis Cantii:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.

Oratio Da, quásumus, **ut supra.**

Postea Com. S. Hilarionis Abbatis:

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

V. Os justi meditábitur sapiéntiam. **R.** Et lingua ejus loquéatur judíciū.

Oratio Deus, qui nos, **ut supra.**

Denique Ss. Ursulæ et Sociarum Vv. et Mm., **ut supra.**

Die 21 Octobris
De VII die infra Octav.

Dedicationis propriæ
Ecclesiæ **Semiduplex**
Omnia de Psalterio et Communi,
juxta Rubricas.

Pro S. Hilarione:

Lectio ix

HILARION, ortus Tabáthæ in Palæstina ex paréntibus infidelibus, Alexandriam missus studiorum causa, ibi morum et ingenii laude flóruit; ac, Jesu Christi suscepta religióne, in fide et caritate mirabiliter profecit. Frequens enim erat in ecclésia, assiduus in jejúnio et oratióne; omnes voluptátum illécebras et terrenárum rerum cupiditates contemnebat. Cum autem Antonii nomen in Ægypto celeberrimum esset, ejus vidéndi studio in solitúdinem conténdit; apud quem duobus mensibus omnem ejus vitæ rationem didicit. Domum reversus, mórtuis paréntibus, facultates suas paupéribus dilargitus est; necdum quintum décimum annum egréssus, rediit in solitúdinem, ubi, exstructa exígua casa, quæ vix ipsum cáperet, humi cubábat. Nec vero saccum, quo semel amíctus

est, umquam aut lavit aut mutávit, cum supervacáneum esse diceret, mundítias in cilício quærere. In sanctárum Litterárum lectiōne et meditatiōne multus erat. Paucas ficus et succum herbárum ad victum adhibebat; nec illis ante solis occásum vescebátur. Continéntia et humilitate fuit incredibili. Quibus aliisque virtútibus varias horribilesque tentatiōnes diaboli superávit, et innumerábiles dæmones in multis orbis terræ partibus ex hóminum corpóribus ejécit. Qui, octogesimum annum agens, multis ædificatis monastériis, et clarus miraculis, in morbum incidit; cuius vi cum extremo pene spíritu confliktarétur, dicebat: Egredere, quid times? egredere, áнима mea, quid dubitas? septuagínta prope annis servísti Christo, et mortem times? Quibus in verbis spíritum exhalávit.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes fit Com. S. Hilarionis:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitúam, intra in gáudium Dómini tui.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

INTERCÉSSIO nos, quás sumus, Dómine, beáti Hilariónis Abbatis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, eius patrocínio assequámur. (Per Dóminum.)

Deinde Com. Ss. Ursulæ et Soc.

Ant. Símile est regnum cælórūm hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósā, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedíxit te Deus in æténum.

Oratio

DA nobis, quás sumus, Dómine, Deus noster, sanctárūm Vírginum et Mártyrum tuárum Ursulæ et Sociárūm eius palmas incessábili devotióne venerári: ut, quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti.

In Ecclesiis Cathedrali et non consecratis S. Hilarionis Abbatis simplex, ut

in Breviario.

Die 22 Octobris
In Octava Dedicacionis
propriæ Ecclesiæ **Duplex**
majus

Omnia de Psalterio et Communi,
juxta Rubricas.

Quando dies Octava occurrit in
Dominica, Sabbato in I Vesperis Do-
minicæ, Commemoratio Octavæ fa-
cienda est per Ant. et **V.** e II Vesperis.

Pro utentibus Breviario antiquo Lec-
tiones III Nocturni e Feria IV infra Oc-
tavam.

In Eccles. Cathedrali et non conse-
cratis hac die agitur de Feria currenti.

FESTA NOVEMBRIS

Die 3 Novembris
S. Pirmini **Episcopi et**
Confessoris Duplex

Quodsi hoc Festum occurrit in Fe-
ria secunda, de eo nihil fit, quia cel-
ebratur Commemoratio Omníum Fi-
delium Defunctorum.

V. Amávit eum Dóminus, et
ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ in-

duit eum.

Ad Magnif. Ant. Sacérdos et Póntífex, * et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

Oratio

DEUS, qui in corde sancti Pirmíni Confessóris tui atque Pontíficis ignem tui amoris accendísti: da, ut eódem caritatis ardore ab omni labo peccáti mundémur. Per Dóminum.

Et fit Com. Octavæ Omníum Sanctorum:

Ant. Ángeli, Archángeli, Throni et Dominationes, Principátus et Potestátes, Virtútes cælórum, Chérubim atque Séraphim, Patriárchæ et Prophétæ, sancti legis Doctóres, Apóstoli, omnes Christi Mártires, sancti Confessóres, Vírgines Dómini, Anachorítæ, Sanctique omnes, intercédite pro nobis.

¶. Lætámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

Oratio

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanc-tórum tuórum mérita sub una

tribuísti celebritáte venerári: quásimus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv



E pátria, ortu et juveníli
ætáte sancti Pirmíni ni-hil omnino noscimus.

Pro certo vero scimus sanctum virum a Deo suscitátum fuisse ad instaurándam in plúrimis monastériis collápsam disciplinam, nováque cœnóbia tuéndæ promovendæque evangélicæ perfectiōnis grátia instituénda. Episcopáli unctione insignitus, a nobili quodam viro ad veram fidem propagándam prope Rhenum vocátus, primo límina Apostolórum pétiti, ut a Summo Pontifice ad regiōnis illius pópulos mitterétur. Roma regréssus Gál-liæ episcopos in sýnodum tunc congregátos ádiit, ipsis obténtam verbi divíni prædicándi potestátem nuntiatúrus, et ab eis étiam in eórum diocésibus fidem et sanctitátem verbo suo pro-

movéndi licéntiam impetratúrus. A quibus benigníssime excéptus, Helvétiam proféctus est, ibique sicut et in Suévia, Bavária, Francónia et Palatinátu verbum Dei cum máximo succéssu nuntiávit, multósque non solum ad fidem et sanctitátem, sed ad arctam quidem perfectionis evangélicæ exercitatiónen perdúxit. Ideo favénte semper nóbili viro, qui eum vocáverat, insígne in insula Augia prope Constántiam in fínibus Suéviæ coenóbium cón-didit, quod deínde Dives-Augia fuit vocátum.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliábitur ei.
V. Nihil proficiet inimícus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei.
Manus.

Lectio v

A Theobáldo Suéviæ duce propter amicítiam Cároli Martélli Francórum Príncipis, qua gaudébat, coenóbio suo pulsus, sibi in gubérnio monastérii sanctum et sapiéntem Heddónem, qui póstea ad pontificiam sedem Argentinénsem fuit evéctus, suffécit

et in Alsátiam proféctus est. Ibi ab Eberhárdo, Adalberti Alsatiæ ducis filio, ad quem usque Pirmíni fama pervénerat, vocátus ipso suadénte in domíniis ejus áliud illústre Murbacénsē coenóbium fundávit, quod póstea Eberhárdus liberis orbátus própriis suis bonis consentiéntibus uxóre Emeltrúde et fratre Luitfrído Alsatiæ duce, ditávit.

R. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. **Manus.**

Lectio vi

IGNE divinæ caritatis consúmptus, glóriæ Dei et evangélicæ perfectionis stúdio elátus, nullam sibi dabat réquiem. Transácto in abbatía Murbacénsi anno uno, in sui locum monastério præfécit Románum, et abbatías diocésis Argentinénsis multásque álias longe latéque reformávit, nullis médiis usus nisi jejúniis aliisque carnis castigatióibus, oratióne, lácrimis et caritatis misericordiáque suávi unctióne.

Multa in Gállia, Germánia, Helvétia nova coenóbia eréxit, inter quæ emínuit monastérium Hornbacense in diocési Meténsi, in quod sénio et labóribus fractus demum secéssit. Ibi ínnocens simul ac poénitens pie obdormívit in Dómino, tértio Nonas Novémbris circa annum post Christum natum septingentésimum quinquagésimum quartum.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est:
*** Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum.** **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. **Ipse.**
Glória Patri. Ipse.

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Mattháeum

Lectio vii **Cap. 19, 27-29**

IN illo témpore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos relíquimus ómnia, et secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Et réliqua.

Homilia sancti Bernárdi Abbátis

Decl. de Evang. hujus verbis



RBITROR verba lectiónis hujus ea esse, de quibus ad immortálem Spónsum a finib⁹ terræ clamat Ecclésia: Propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras. Hæc nempe sunt verba, quæ contémptum mundi in unívérso mundo et voluntáriam persuasére homínibus paupertátem. Hæc sunt, quæ mónochis claustra repellent, desérta anachorétis. Hæc inquam, sunt verba, quæ Ægýptum spóliant et óptima quæque ejus vasa dirípiunt. Hic sermo vivus et éfficax, convértens áimas felíci æmulatióne sanctitátis et veritatis promissióne fidéli.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, * Et ad portas paradísi corónavit eum. **V.** Índuit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum.
Et.

Lectio viii

NAM et mundus transit et concupiscéntia ejus, et relínquere hæc magis expedit quam relínqui. Ecce inquit, relíquimus ómnia, et secúti sumus te; nimírum quia exsultávit ut gi-

gas ad curréndam viam, nec curréntem sequi póteras onerátus. Sed nec inútilis commutátio pro eo, qui super ómnia est, ómnia reliquísse; nam et simul cum eo donántur ómnia, et ubi apprehénderis eum, erit unus ipse ómnia in ómnibus, qui pro ipso ómnia reliquérint. Omnia sane díixerim nec tantum possessiónes, sed étiam cupidítátes, et eas máxime.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucérnæ ardéntes in máníbus vestris: * Et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis. **V.** Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. **Et.** Glória Patri. **Et.**

Lectio ix

PLUS enim concupiscéntia mundi quam substántia nocet. Et hæc fugiendárum causa divitiárum præcipua est, quod aut vix aut numquam sine amóre váleant possidéri. Limósa síquidem et glutinósa nimis non modo extérior, verum étiam intérior substántia nostra vidétur, et fácile cor humánum ómnibus, quæ frequéntat, adháret. Age ergo

qui relínquere univérsa dispónis, te quoque inter relinquénda numeráre meménto. Immo vero máxime et principáliter ábnega temetípsum, si delíberas sequi eum, qui exinanívit propter te semetípsum. Pone gravíssimam sárcinam, pone asináriam molam, terrénam molem; pone illa quinque non hóminum plane juga, sed boum, quæ tibi insipiénter emísti. Alióqui sequi sponsum et venire ad núptias spirituáles, quinária hac pressus et oppréssus córporis sensualitaté, non póteris; sed et si novíssime véneris et pulsáveris, míni me profécto aperiétur tibi, sed respondébitur de intus, quod non sit de bobus et ásimis ceterísque juméntis insipiéntibus cura Deo.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. **Ant.** Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constíuam, dicit Dóminus.

Oratio

DEUS, qui in corde sancti Pir-
míni Confessóris tui atque
Pontíficis ignem tui amóris ac-
cendísti: da, ut eódem car-
itátis ardóre ab omni labe peccáti
mundémur. Per Dóminum.

Et fit Com. Octavæ Omnim Sanctorum:

Ant. Te gloriósus Apostolórum chorus, te Prophetárum laudábilis númerus, te Mártyrum candidátus laudat exércitus, te omnes Sancti et élécti voce confítentur unánimes, beáta Trinitas, unus Deus.

℣. Exsultábunt Sancti in glória.

℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Oratio

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanc-
tórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári:
quásumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam,
multiplicátis intercessóribus,
largiáris. Per Dóminum.

**Vesperæ a Capitulo de sequenti,
Com. præcedentis:**

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit

eum, et ad portas paradísi coro-
návit eum.

℣. Justum dedúxit, **et Oratio** Deus, qui, **ut supra.**

Deinde Com. Octavæ Omnim Sanctorum:

Ant. O quam gloriósum est reg-
num in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amícti stolis al-
bis sequúntur Agnum quocúmque íerit.

℣. Exsultábunt sancti, **et Oratio** Omnipotens, **ut supra.**

Die 5 Novembris

**Sacrarum Reliquiarum
quæ in Ecclesiis Diœcesis
asservantur Duplex majus
Capitula, Hymni et reliqua, quæ de
Psalterio Feriæ non sunt sumenda,
dicuntur de Communi plurimorum
Martyrum, præter sequentia.**

℣. Lætámini in Dómino et ex-
sultáte, justi. **℟.** Et gloriámini,
omnes recti corde.

Ad Magnif. Ant. Istórum est enim * regnum cælórum, qui con-
tempserunt vitam mundi, et per-
venérunt ad præmia regni, et la-
vérunt stolas suas in sanguine

Agni.

Oratio

AUGE in nobis, Dómine, resurrectiónis fidem, qui in Sanc-tórum tuórum relíquiis mirabília operáris: et fac nos immortális gloriæ pártícipes, cujus in eórum cinéribus pígnora venerámur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio præcedentis:

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ índuit eum, et ad portas paradísi corona-vit eum.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **℟.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Ecclésiam tuam, Dómine, sancti Cároli Confessóris tui atque Pontíficis contínua protectióne custódi: ut, sicut illum pastorális sollicitúdo gloriósum réddidit; ita nos ejus intercéssio in tuo semper fáciat amóre fervéntes. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Octavæ Om-nium Sanctorum:

Ant. O quam gloriósum est regnum in quo cum Christo gaudent

omnes Sancti, amícti stolis al-bis sequúntur Agnum quocúmque íerit.

℣. Exsultábunt Sancti in glória.

℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Oratio

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanc-tórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári: quásumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Dóminum.

In I Nocturno Lectiones de Scriptura occurrenti cum suis Responsoriis de Tempore.

In II Nocturno

Ex Tractátu sancti Joánnis Damascéni de fide orthodóxa

Liber 4, cap. 15

Lectio iv



HRISTUS Dóminus Sanc-tórum reliquias ve-lut salutáres fontes præbuit, ex quibus plúrima ad nos beneficia manant, suavis-simúmque unguéntum prófluit. Nec vero quisquam his fidem dé-

trahat. Nam si aqua in deserto ex dura et áspera rupe, atque ex ásini maxilla, ad sedándam Samsónis sitim, Deo ita volénte, prosiliit, cur incredibile videátur ex Mártyrum reliquiis unguéntum suáve scaturíre? Mínime certe iis, quibus Dei poténtia et honor, quo Sanctos suos áfficit, perspécta sunt et exploráta.

R. Sancti tui, Dómine, miráble consecúti sunt iter, serviéntes præcéptis tuis, ut inveniréntur illáesi in aquis válidis: * Terra appáruit árida: et in Mari Rubro via sine impediménto. **V.** Quóniam percússit petram, et fluxérunt aquæ, et torréntes inundavérunt Terra.

Lectio v

IN lege quidem, quisquis mórtuum tetígerat, immúndus censemebátur. Hi verum in mortuorum número mínime sunt habéndi. Ex quo enim ille qui ipsa Vita est, et vitæ Auctor, inter mórtuos deputátus est: eos qui cum spe resurrectiōnis fidéque in ipsum obdormiérunt, nequáquam mórtuos appellámus. Qui enim

mórtuum corpus mirácula édere queat? Quanam ígitur ratione, horum ópera dæmones expellún-
tur, morbi profligántur, ægróti sanántur, cæci visum recipiunt,
leprósi mundántur, tentatiōnes discutiúntur ac mæróres, omne déniq[ue] datum óptimum, iis qui fide non dúbia póstulant, per eos descéndit a Patre lúminum?
Quid labóris non suscipias, ut pa-
trónum nanciscáris, qui te mortáli
regi ófferat, et pro te ad eum verba
fáciat? An non ígitur iū hon-
orándi, qui totius géreris humáni
patróni sunt, Deóque pro nobis
súpplices preces ádhíbent?

R. Vérbera carníficum non timuérunt sancti Dei, moriéntes pro Christi nómíne: * Ut herédes fierent in domo Dómini. **V.** Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplícia. Ut.

Lectio vi

HONORÁNDI certe: et quidem ita ut in eórum nómíne tem-
pla Deo exstruámus, dona offer-
ámus, memórias eórum colámus,
atque in iis spirituáliter oblecté-
mur: ea útique lætitia, quæ il-
lis arrídeat a quibus invitámur,

ne, dum demeréri illos studémus, offendámus pótius et irritémus. Quibus enim rebus Deus cólitur, iísdem servi quoque ipsíus oblectántur: quibus autem Deus offénditur, iísdem étiam mílites offendúntur. Quocírca in psalmis et hymnis et cánticis spirituálibus, in compunctióne quoque, et egenórum miseratióne, quibus et Deus potíssimum cólitur, nos qui fidéles sumus, cólere Sanctos opórtet. Státuas eis, et imágines quæ videántur, erigámus: immo virtútes eórum imitándo hoc consequámur, ut vivæ ipsórum státuæ immaginésque evadámus.

R. Tamquam aurum in fornáce probávit eléctos Dóminus, et quasi holocáusti hóstiam accépit illos: et in témpore erit respéctus illórum: * Quóniam donum et pax est eléctis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intélligent veritátem: et fidéles in dilectione acquiéscēt illi. **Quóniam.** Glória Patri. **Quóniam.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium: Descéndens Jesus, de Communi plurimorum Martyrum 2 loco.

AD LAUDES

V. Exsultábunt Sancti in glória.
R. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Bened. **Ant.** Vestri capílli cápití * omnes numeráti sunt: nolíte timére: multis passéribus melióres estis vos.

Oratio

AUGE in nobis, Dómine, resurrecciónis fidem, qui in Sanctórum tuórum relíquiis mirabilia operáris: et fac nos immortális gloriæ partícipes, cujus in eórum cinéribus pignora venerámur. Per Dóminum.

Et fit Commemoatio Octavæ Ommium Sanctorum

Ant. Te gloriósus Apostolórum chorus, te Prophetárum laudábilis númerus, te Mártyrum candidátus laudat exércitus, te omnes Sancti et elécti voce confítentur unánimes, beáta Trínitatis, unus Deus.

V. Lætámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

Oratio

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una

tribuísti celebritáte venerári: quáesumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus, largíaris. Per Dóminum.

IN II VESPERIS

V. Exsultábunt Sancti in glória.
R. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnif. **Ant.** Gaudent in cælis * ánime Sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti: et

quia pro ejus amóre sanguinem suum fudérunt, ídeo cum Christo exsúltant sine fine.

Deinde Com. Octavæ Omníum Sanctorum:

Ant. O quam gloriósum est regnum in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amícti stolis albis sequúntur Agnum quocúmque íerit.

V. Lætámini, et **Oratio** Omnípotens, **ut supra.**

DIE 26 NOVEMBRIS

S. Conradi Episcopi Constant., Conf., Patroni primarii Archid.

DUPLEX I CLASSIS CUM OCTAVA COMMUNI

Omnia de Communi Conf. Pont., præter sequentia.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.

Ad Magnif. **Ant.** Sacérdos et Póntifex, * et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

Oratio

SANCTI Pontificis et Confessoris tui Conrádi solémnia celebrántes, te, Dómine, suplíciter obsecrámus: ut ipsum apud tuam cleméntiam sentiámus habére patrónum, quem nobis tua grácia providísti salútis ætérnæ minístrum. Per Dóminum.

In I Nocturno Lectiones Fidélis

sermo, de eodem Communi.

In II Nocturno

Lectio iv



ONRÁDUS Henríci cómitis Altorffénsis filius Nothíngó Constantiénsi epíscopo puer septénnis pie educándus litterísque erudiéndus tráditur. Quo magístro cum in sciéntia et christiánæ perfec-tiónis stúdio mirábiles fecísset progréssus, Constantiénsis ecclésiae præpósitus primum creá-tur. Deínde Nothíngó defúncto ob-doctrinam et morum íntegritátem epíscopus commúnibus suffrágiis est designátus. Quod munus cum diu recusásset, sancti Udalríci epíscopi Augóstáni sibi amicí-simi rogátu et précibus victus post triduánum jejúnium suscépit.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliábitur ei.
V. Nihil proficiet inimícus in eo, et filius iniquitá-tis non nocébit ei. Manus.

Lectio v

EPISCOPÁTUM magna cum

laude et sanctitátis opinióne administrávit. Religiónis causa ter ad sepúlchrum Dómini Hi-erosólymam pregrinátus est. Constántiam plúribus templis et ædificiis illustrávit. Duódecim páuperes exstrúcto xenodochío aléndos perpétuo curávit. Tribus templis sancti Joánnis, sancti Pauli et sancti Maurítii ædificátis proventúque ánnuo iis assignáto, Canonicórum étiam númerum ádditis reddítibus auxit.

R. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lectio vi

MULTIS virtútibus prædictus máxime oratiónis stúdiu-m et jejúnii observántiam cóluit. Tanta ipsius in Deum erat fidú-cia, ut quodam die festo Paschæ perácta consecratíone aráneam in cálicem delápsam animadvértens, irreveréntiam sacrosáncti sanguinis Christi omnem pénitus vi-tatúrus, deglutíre non sit véri-

tus; quæ póstea ómnibus vidéntibus discumbénti ex ore, non sine admiratióne spectántium dénuo exívit. Sanctum Gebhárdum adhuc púerum sibi post Gaminólphum in episcopátu successúrum prædixit, quam prædictiōnem póstea evéntus comprobávit. Cumque Constantiénsi ecclésiæ quadragínta duóbus annis sanctissime præfuísset, virtútum et miraculórum laude conspícuus obdormívit in Dómino Ottóne secúndo imperánte, sexto Kaléndas Decémbris anno non gentésimo septuagésimo quinto. Sepultus est in ecclésia sancti Maurítii, et a Calíxto Papa secúndo quinto Kaléndas Aprílis Sanctórum número adscriptus.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est:
*** Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum.** **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. **Ipse.**
Glória Patri. Ipse.

In III Nocturno Homilia in Evangel. Vigiláte, de eodem Communi 2 loco.

AD LAUDES

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. **Ant.** Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus.

Oratio

SANCTI Pontíficis et Confessóríis tui Conrádi solémnia celebrántes, te, Dómine, suppliciter obsecrámus: ut ipsum apud tuam cleméntiam sentiámus habére patrónum, quem nobis tua grátia providísti salútis ætérnæ minístrum. Per Dóminum.

Et fit Com. **S. Silvestri Abb.** ad Laudes tantum.

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.

Oratio

CLEMENTÍSSIME Deus, qui sanctum Silvéstrum Abátem, sáculi hujus vanitátem

in aperto tumulo pie meditantem,
ad eremum vocare, et praeclaris
vitae meritis decorare dignatus es:
te supplices exoramus; ut, ejus
exemplo terrena despicientes, tui
consortio perfruamur aeterno. Per
Dominum.

IN II VESPERIS

V. Justum deduxit Dominus per
vias rectas. **R.** Et ostendit illi reg-
num Dei.

Ad Magnif. **Ant.** Amavit eum
Dominus, * et ornavit eum: sto-
lam gloriae induit eum, et ad por-
tas paradisi coronavit eum.

Infra Octavam Antiphonae et Psalmi
ad omnes Horas et Versus Nocturno-
rum de occurrenti Hebdomadæ die, ut
in Psalterio; reliqua ut in Festo preter
Lectiones, quæ in I Nocturno dicuntur
de Scriptura occurrenti cum suis Re-
sponsoriis de Tempore, in II et III sin-
gulis diebus assignantur propriæ.

Pro Commemoratione
Octavæ S. Conradi

IN I VESPERIS

Ant. Sacerdos et Pontifex, et
virtutum opifex, pastor bone in
populo, ora pro nobis Dominum.

V. Amavit eum Dominus, et
ornavit eum. **R.** Stolam gloriae in-
duit eum.

Oratio

SANCTI Pontificis et Con-
fessoris tui Conradi solé-
nia celebrantes, te, Domine, sup-
pliciter obsecramus: ut ipsum
apud tuam clementiam sentiamus
habere patronum, quem nobis tua
gratia providisti salutis aeternæ
ministrum. Per Dominum.

AD LAUDES

Ant. Euge, serve bone et fidelis,
quia in pauca fuisti fidelis, supra
multa te constitua, dicit Dominus.

V. Justum deduxit Dominus per
vias rectas. **R.** Et ostendit illi reg-
num Dei.

IN II VESPERIS

Ant. Amavit eum Dominus, et

ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, et ad portas paradísi coronávit eum.

℣. Justum dedúxit.

Die 27 Novembris
De II die infra Octavam S.
Conradi Episcopi et
Confessoris Semiduplex

In II Nocturno

Sermo sancti Ambrósii Epíscopi
Serm. de Deposit. S. Eusebii. Int.
opp. S. Ambrosii (in Append.).

Lectio iv

EPOSTITIÓNEM sancti Conrádi hódie celebrámus. Quid est deposítio? Non illa útique, quæ se-peliéndis in terra memrórum relíquiis clericórum mánibus procurátur; seu illa, qua homo vínculis carnálibus absolútus, liber iturus ad cælum, terrénūm corpus expónit. Ipsa plane est deposítio, in qua concupiscere abjícimus, cessámus delinquere, peccáre desínimus: et totum quidquid salúti est grave, quasi abjécta sárcina óneris expónimus:

nam ídeo hæc dies pro celebritáte máxima procurátur, quia vere est summa festívitas mórtuum esse vitiis, soli vívere justitiæ.

℟. Invéni David servum meum,
óleo sancto meo unxi eum: *
Manus enim mea auxiliábitur ei.
℣. Nihil proficiet inimicus in eo,
et filius iniquitátis non nocébit ei.
Manus.

Lectio v

UNDE et depositiónis ipsa dies natális dicitur, quod delic-tórum cárcere liberáti libertáti nascimur Salvatóris. Sed videá-mus, sanctus Conrádus cum qua glória ad hanc diem depositiό-nis advénerit. Voláre non potest, nisi quod purum, leve atque subtile est, cujus nec sincéritas intemperántia retardátur nec alácritas nec velócitas mole gravátur. Gravári autem volátum dico non tam mole membrórum, quam delictórum: unde puto étiam in ipsis ávibus ídeo velócius colúmbam pene præ ómnibus volitare, quod alacritátem innocéntia comitétur.

℟. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi électum de

plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ¶ Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. **Manus.**

Lectio vi

DÉNIQUE sanctus David cum puritaté mentis voláre concupísceret, non alterius animántis nisi colúmbæ optávit alas dicens: Quis dabit mihi pennas sicut colúmbæ, et volábo et requiéscam? Intelligébat enim, quod ad altióra facilius penetrátur simplicitáte mentis quam levitáte pennárum. Volávit ergo hac die sanctus Conrádus. Aestimémus jam innocéntiam de volátu, et puritatem ejus de ipsa elatióne judicémus; tamquam colúmba enim in domo Dei degens, assúmpsit spirituáles pennas et requiévit in monte.

¶ Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est: * Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum. ¶ Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. **Ipse.** Glória Patri. **Ipse.**

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Mattéum

Lectio vii Cap. 24, 42-47

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vigiláte, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et réliqua.

Homilia sancti Fulgéntii Episcopi
Sermo 1 de Dispensatoribus



OMÍNICUS sermo, quem debémus omnes non solum studióse, verum étiam sapiénter audíre, cui nos opórtet humíliter ac delectabiliter obedíre, moderationis suæ tenens ubique tempériem, ut nec óvibus desint pábula nec pastóribus aliménta: quædam vero speciáliter solia præcipit nobis, quædam vero generáliter et nobis et vobis. Nobis namque id est servis, quos pater ille famílias rerum ómnium Dóminus ad hoc in sua magna domo constituit, ut pópulo ejus verbum grátiæ ministrémus, speciáliter injúngitur sanctæ prædicatiónis officium; generáliter vero nobis et vo-

bis salutáris indícitur obediéntia mandatórium.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, * Et ad portas paradísi coronavit eum. **V.** Índuit eum Dóminus lorícam fídei, et ornávit eum.
Et.

Lectio viii

SERVÓRUM ígitur, quos pôpulo suo præpósuit Dóminus, speciáliter volens officium demonstráre ait, quod ex Evangélío modo audívimus: Quis putas est fidélis dispensátor et prudens, quem constítuit Dóminus super famíliam suam, ut det illis in témpore trítici mensúram? Beátus ille servus, quem cum vénerit Dóminus, invénerit ita faciéntem. Quis est iste Dóminus, fratres? Christus sine dúbio, qui suis discípulis ait: Vos vocátis me Magíster et Dómine, et bene díctus: sum étenim.

R. Sint lumbi vestri præcíncti, et lucérnæ ardéntes in móribus vestris: * Et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis. **V.** Vigiláte ergo, quia nescítis qua

hora Dóminus vester ventúrus sit.
Et. Glória Patri. Et.

Lectio ix

QUÆ est étiam hujus Dómini família? Nimírum illa est, quam ipse Dóminus de manu inimíci redémit et suo domínio mancipávit. Hæc família est sancta Cathólica Ecclésia, quæ per orbem terræ copiosa fertilitáte diffúnditur, et redémptam se pretiósó sui Dómini sanguine glo- riáтур. Fílius enim hóminis, sicut ipse ait, non venit ministrári, sed ministráre, et dare ánimam suam redemptióinem pro multis. Ipse est étiam pastor bonus, qui ánimam suam pósuit pro óvibus suis. Grex ergo boni pastóris ipsa est família Redemptóris.

Te Deum laudámus.

Die 28 Novembris
De III die infra Octavam S.
Conradi **Episcopi et**
Confessoris Semiduplex

In II Nocturno

Sermo sancti Gregórii Nysséni
In funere magni Meletii, circa
medium

Lectio iv



UM primum bene moráta, ac modésta Ecclésia beátum Conrádum vedit, vedit fáciem ad imáginem Dei vere formátam, vedit dilectionem fontis modo scaturiéntem, vedit grátiam lábiis circumfúsam, ánimi demissiónis summum gradum, post quem amplius quidquam cogitári non potest. Vedit mansuetúdinem atque cleméntiam, qualis in Davíde fuit: qualis in Salomónē, intelligéntiam atque prudéntiam: qualis in Móyse, bonitátem: qualis in Samuélē, perfectiónem: qualis in Josépho, continéntiam pudicitiámque: qualis in Daniéle, sapiéntiam: quemádmodum magnus Elías zelo fidei prædictum: sicut sublímis Joánnes, integrítate córporis ornátum: sícuti Paulus, inexsuperábili prædictum dilectione. Vedit tot bonórum circa unam ánimag concúrsum. Amóre beáto vulneráta est, casto bonóque sponsum suum amóre atque benevoléntia prosecúta diléxit.

R. Invéni David servum meum,
óleo sancto meo unxi eum: *
Manus enim mea auxiliábitur ei.
V. Nihil proficiet inimícus in eo,
et filius iniquitatis non nocébit ei.
Manus.

Lectio v

SED priúsqam cupiditátem expléret, ántequam desidérium recreáret atque sedáret, amóris vi fervens, tentatióibus athlétam ad certámina vocántibus, sola relícta est. Atque ille quidem in certamínibus pro pietáte suscéptis desudábat; hæc vero durábat in castitáte matrimónium conservans. Non ablátus est a nobis sponsus; in médio nostrum stat, etiámsi nos non videámus; in ádytis ac penetrálibus sacérdos est, in interiöribus veli, quo præcúrso pro nobis ingréssus est Christus, reliquit carnis teguméntum. Non amplius signo et umbræ cælestium servit, sed in ipsam rerum imáginem intuétur: non amplius per spéculum, atque per transénnam et ænígma, sed ipsa fácie cum fácie colláta intercédit apud Deum.

R. Pósui adjutórium super

poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliábitur ei. ¶ Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lectio vi

INTERCÉDIT autem pro nobis et pópuli errátis. Depósuit túnicas pellíceas: neque enim tálibus túnicis opus habent, qui in paradíso degunt: sed habet induménta, quæ puritáte vitæ suæ contéxuit, iisque sese exornávit. Honoráta ac pretiósaa coram Dómino talis viri mors est; immo vero non mors, sed ruptúra membrórum est: Dirupísti enim, inquit, víncula mea. Dimíssus est Símeon, liberáitus est a vínculis córporis: láqueus contrítus est, et avícula avolávit. Ingréssus est terram promissiónis, in monte cum Deo philosophátur. Solvit ánime calceaméntum, ut pura planta mentis terram sanctam, ubi conspícitur Deus, conscénderet.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est:
* Ipse intercédat pro peccátis óm-

nium populórum. ¶ Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. Ipse. Glória Patri. Ipse.

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Mattáeum

Lectio vii Cap. 24, 42-47

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vigiláte, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et réliqua.

Homilia sancti Fulgéntii Epíscopi

Sermo de Confessoribus



ISPENSÁTOR vero, quis sit, quem opórtet esse fidélem páriter et prudéntem, Paulus nobis osténdit Apóstolus, qui de se suísque sóciis loquens ait: Sic nos exístimet homo, ut minístros Christi, et dispensatóres mysteriorum Dei. Ne quis autem vestrum solos Apóstolos dispensatóres factos exístimet, neglectóque militiæ spiritális officio, servus piger, infidéliter imprudentérque dormítet, ipse beátus Apóstolus epíscopos quoque dispensatóres esse osténdens, ait:

Opórtet enim episcopum sine crímine esse, sicut Dei dispensatorem.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, * Et ad portas paradísi coronavit eum. **V.** Índuit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum.
Et.

Lectio viii

SERVI autem patrisfamilias sumus, dispensátóres Dómini sumus, mensúram trítici, quam vobis erogámus, accépimus. Quæ vero sit ista mensúra trítici, si quærámus, ipsam quoque nobis beátus Paulus Apóstolus osténdit, dicens: Unicuíque sicut Deus divísit mensúram fidei. Quam ergo mensúram trítici Christus núcupat, ipsam mensúram fidei Paulus appéllat: ut agnoscámus, non áliud esse spiritále tríticum, quam christiánæ fidei venerábile Sacraméntum.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris: * Et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis. **V.** Vigiláte ergo, quia nescítis qua

hora Dóminus vester ventúrus sit.
Et. **Glória Patri.** **Et.**

Lectio ix

Hujus trítici mensúram vobis, in nómine Dómini damus, quóties illumináti dono grátiæ spiritális, secúndum régulam veræ fidei disputámus: et eámdem trítici mensúram per domínicos dispensátóres accípitis, cum quotídie per Dei fámulos verbum veritátis audítis. De ipsa ergo trítici mensúra loquámur, ex ipsa, sicut Deus divísit, univérsi pascámur; inde aliménta bonæ vitæ práemía perveníre possímus: in illum credéntes, in illum sperántes, illum præ ómnibus diligéntes, qui seípsum nobis et aliméntum præstat, ne deficiámus in via: et prámium servat, ut gaudeámus in pátria.

Te Deum laudámus.

In II Vesperis fit Com. S. Saturnini Mart.:

Ant. Iste Sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram.

V. Glória et honore coronásti

eum, Dómine. **R.** Et consti-
tuísti eum super ópera mánuum
tuárum.

Oratio

DEUS, qui nos beáti Saturníni
Mártiris tui concédis natalí-
tio pérfrui: ejus nos tríbue méritis
adjuvári. Per Dóminum.

Die 29 Novembris
De IV die infra Octavam S.
Conradi **Episcopi et**
Confessoris Semiduplex

In II Nocturno

Sermo sancti Joánnis
Chrysóstomi

In cap. 15 Epist. ad Romanos, Serm.
29, circa finem

Lectio iv

CHRISTUM díligens, et
gregem illíus útique
dilit. Et Móysen
tunc primum super pópulum
Judæórum pósuit, quando, qua
esset in illum benevoléntia, reípsa
jam declarávat. David quaque
símili modo regno inaugurá-
tus est, posteáquam apparúerat,
quam amíco esset in pópulum af-

féctu. Ita quippe jóvenis adhuc,
pópuli causa dóluit ac zelávit, ut
et ániam suam expóneret, cum
vidélicet bárbarum illum e mé-
dio tollébat. Quod vero dicébat:
Quid dábitur ei, qui alienígenam
hunc interfécerit? non ídeo dicé-
bat, quod mercédem exigeret, sed
quo sibi crederétur, et in pugnam
cum illo committerétur; nam cum
adépta jam victória ad regem es-
set ingréssus, nihil de mercéde
méminit.

R. Invéni David servum meum,
óleo sancto meo unxi eum: *
Manus enim mea auxiliábitur ei.
V. Nihil proficiet inimícus in eo,
et filius iniquitátis non nocébit ei.
Manus.

Lectio v

ET Sámuel quoque benígnus
erat, et amátor pópuli: unde
et dicébat: Absit autem hoc a
me peccátum, ut cessem pro vo-
bis oráre Dóminum. Ita et Paulus,
immo non ita, sed multo plus
ómníbus ardébat erga súbditos.
Unde et discípulos ita erga se ani-
mávit, ut díceret: Si possíble fuís-
set, óculos vestros eruissétis, mi-

híque dedissétis. Et Christus óptimi Pastóris régulam próferens dixit: Bonus pastor ánimam suam ponit pro óvibus. Sunt enim sanctórum ánimæ veheménter mites, et hóminum amántes, non solum erga domésticos sed aliénos, ita ut hanc suam mansuetúdinem étiam ad animántia bruta exténdant. Proptérea et sápiens quíspiam dixit: Justus miserétur animárum jumentórum suórum. Si jumentórum, multo magis hóminum.

R. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. **Manus.**

VERUM quóniam pécorum mentiónem feci, perpendámus et óvium pastóres illos, qui in Cappádocum regióne sunt, quália et quanta pro pécorum suórum custódia patiántur. Illi sæpenúmero univérsum tríduum nive óbruti perdúrant. Dicúntr autem, et qui in Líbya sunt, non minóra mala ferre, dum íntegros menses difficilemillam solitúdinem, pessimarúmque

bestiárum plenam vagándo cir-cúmeunt. Si tantum erga pécora diligéntiæ impéndunt pastóres illi: quam, quæso, excusatiónem habébimus, quibus rationáles ánimæ concréditæ sunt, quod profúndum hunc somnum dormímus? An ignorámus gregis hujus dignitatétem? an illús grá-tia Dóminus tuus innúmera non fecit? an non postrémo et sán-guinem suum fudit? Tu vero réquiem quæris? Et quid póterit pejus esse pastóribus istis?

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est: * Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. **Ipse.** Glória Patri. **Ipse.**

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Mattéum

Lectio vii Cap. 24, 42-47

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vigiláte, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et réliqua.

Homilia sancti Joánnis
Chrysóstomi

Homil. 78 in Matth. ante med.

PROPTÉREA hæc dicit Dóminus discípulis, ut vīgīlent, ut jūgīter parāti sint, quia qua non exīstīmant hora, ventūrus est. Sol-lícitos ígitur facit et curiósos, ne umquam virtútem négligant. Tale quid autem est, quod dícitur: Si præscírent hómines, quando moritūri sint, diligētiam suam circa illam horam osténderent. Ne ígitur in illo solúmmodo tém-pore, sed contínue diligēntes sint, nec generálem, nec singulárem horam prædícit, ut semper exspc-tāndo, semper vīgīlent: hac enim ratione téminum vitæ uniuscu-jusque occūluit.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, * Et ad portas paradísi coro-návit eum. **V.** Índuit eum Dómi-nus lorícam fidei, et ornávit eum.

Et.

Lectio viii

DEÍNDE líquido, ádeo-
ut numquam liquídius,
Dóminum se ipsum appellávit.

Hæc autem étiam ad erubescén-tiam deídæ mihi dicta vidéntur: majórem enim diligētiam pecu-niárum conservandárum habent furem exspectántes, quam vos salútis ánimæ. Vígilant enim tunc, ne áliquid sibi surripiátur: vos vero, quamvis certo sciátis ventúrum Dóminum, non perse-verátiš tamen, neque ita vigilátis, ut possítis non impræparáti ex hac vita discédere. Quapropter cum pernície dormiéntium dies ille ventúrus est.

R. Sint lumbi vestri præcínci, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris: * Et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis. **V.** Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit.

Et. **Glória Patri. Et.**

Pro Vigilia S. Andreæ Ap.:

Léctio sancti Evangélīi secúndum Joánnem

Lectio ix

Cap. 1, 35-51

IN illo tém-pore: Stabat Joannes, et ex discípulis ejus duo. Et respiciens Jesum ambulantem, dicit: Ecce Agnus Dei. Et réliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi

Tract. 7 in Joann., post init.

QUIA talis erat Joánnes amícus sponsi, non quærébat glóriam suam, sed testimónium perhibébat veritáti: numquid vóluit apud se remanére discípulos suos, ut non sequeréntur Dóminum? Magis ipse osténdit discípulis suis quem sequeréntur: habébant enim illum tamquam agnum. Et ille: Quid me atténditis: Ego non sum agnus. Ecce Agnus Dei. De quo et supérius díixerat: Ecce Agnus Dei. Et quid nobis prodest Agnus Dei? Ecce, ait, qui tollit peccátum mundi. Secúti sunt illum, hoc audíto, duo qui erant cum Joánnē.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes fit Com. Vigiliæ S. Andreæ:

Antiphona et ¶ de Feria currenti.

Oratio

QUÆSUMUS omnipotens Deus: Ut beatus Andreas Apostolus, cuius prævenimus festivitatem, tuum pro nobis imploret auxilium; ut a nostris reatibus ab-

soluti, a cunctis étiam periculis eruamur. Per Dóminum.

Deinde Com. S. Saturnini:

Ant. Qui odit ániam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

¶. Justus ut palma florébit.

¶. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio

DEUS, qui nos beáti Saturníni Mártyris tui concédis natalítio pérfrui: ejus nos tríbue méritis adjuvári. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti sine Commemoratione.

FESTA DECEMBRIS

Die 1 Decembris

De VI die infra Octavam S.

Conradi Episcopi et Confessoris Semiduplex

In II Nocturno

Lectiones de Sermone S. Maximi Ad sancti ac beatissimi Patris nostri Conrádi, ut in Breviario de Communis Conf. Pont. 1 loco.

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum
Mattæum

Lectio vii **Cap. 24, 42-47**

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vigiláte, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et réliqua.

Homilia sancti Joánnis
Chrysóstomi
Unde supra

Hoc autem in loco, ne rursus curiósius perscruténtur, et adhuc, ut, quod rárius est, pluris osténdat. Expénde autem qualem hæc verba ignorántiam significáre possunt, síquidem a se constitútum super familiam suam ignoráret. Pretérea beatíficat quidem eum, (Beátus enim, inquit, servus ille); quis vero sit, siléntio trádidit: quis enim est, aut quómodo constítuet Dóminus super familiam suam, quem invéniet sic faciéntem? Hæc non de pecúniiis solúmmodo, verum étiam de verbis, de virtúte, de omni dispensatióne síngulo hómini concéssa, dicta sunt.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, * Et ad portas paradísi corónavit eum. **V.** Índuit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. **Et.**

Lectio viii

HÆC parábola vel ad geréntes gubernantésque rempública accommodári potest. Docet enim unumquémque ad comúnem utilitátem ómnia conférre, quæ sua sunt, sive sapiéntiam, sive principátum, sive quidquid aliud, non ad detriméntum conservórum, nec ad perditionem suam. Quapropter utrúmque ab eo flágitat, prudéntiam scílicet atque fidem. Delicta enim ab améntia originem habent.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris: * Et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis. **V.** Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. **Et. Glória Patri. Et.**

Lectio ix

FIDÉLEM igitur appéllat, quó-niam nihil ex rebus dómini sibi attribuit, nec incássum quidquam expéndit; prudéntem autem, quia dispensáre nóverit: opportúne síquidem utráque re nobis opus

est, ne scílicet, quæ dómini sunt, ad próprios usus rapiámus, et ut opportúne ómnia dispensémus.

Te Deum laudámus.

Vesperæ de sequenti, Com. præ-dentis

